



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

Argumentum Cap. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

fictionem hominis prorsus inania & impet-
 tentia esse ostendit; sed fides opera legis
 statuit & confirmat, quia fides in Christum
 prius accepta, mox impetratur gratia cre-
 dendibus in eum promissa, qua legis opera
 impleantur, ut illis per fidem adimpletis, sic
 demum coepta iustitia cōpleatur, augeatur,
 & perficiatur: quia non audiores legis tantum,
 sed factores legis iustis cabantur: & in Christo ad
 salutem neque circumcisio, neque praeputium, nec
 legem scriptam accepisse, nec opera legis na-
 tura moraliter praestitisse, aliquid valet: sed fides
 qui per dilectionem operatur, ait alibi idem Apo-
 stolus: nihil enim poterit illi colligi ad iustitiam

Rom. 2.
Gal. 5.

Argumentum Cap. III.

Totum caput est in commendatione
 fidei, & in reprobatione operum que
 sunt sine fide: maxime in circumci-
 sione seu statu legis Moysaice, non
 adiuncta fide in Christum venturum. Ope-
 rum iustitiam omnem & qualemcunque in
 hoc capite penitus subverti, contendunt a-
 criter heretici: sed quam inaniter ac falso,
 Antidota hic nostra docebunt.

2. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam apud homines, sed non apud Deum.
3. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.

K Locus

Locus propter hæreticorū hodie corruptione diligenter exponendus. Concluditur illi ex hoc loco primū, nulla opera Abraham ad iustitiā reputata esse, sed solā fidē. Nam etsi haberet quædā bona opera, non tamē illis gloriā apud Deū habuisse, sed apud homines. Secundō, ad iustificationē impij, de qua hīc Apostolus disputat, nihil nisi fidē requiri, quia nihil aliud in Abrahamo nisi fides laudatur. Tertio, fidē specialem illā esse quæ sola ad iustitiā reputatur, quia talis erat Abrahamus fides, apprehendēs promissiones illi factas de Christo. Hæc illi, Sed horum nihil ex his verbis colligi posse breuiter ostenditur.

Abrahami opera erant ex fide. Iacob. 2. Esai. 41.

Exemplum Abrahamæ ab Apostolo productum, ut ostendat bona opera Abrahamæ (propria quæ, ut Iacobus & Esaias testantur, a Domino Dei appellatus est) non fuisse opera de quibus homines gloriantur, id est, opera extrinsecura viribus, & sine fide Mediatoris eius gratia, sed fuisse opera fidei, & in fide facta. Quod ut prober, hæc verba, *Credidit Abrahamus Deo, &c.* in medium profert. Et ne quis putaret ideo hæc verba Apostolum protulisse, ut doceret ex sola fide iustificatum fuisse contra Deo Abraham, Iacobus Apostolus disertè docet hanc ipsam scripturam tūc suppletam fuisse, id est, plenius verificatam, quando ex operibus Abraham iustificatus est. *Fides enim (inquit) cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est.* Sic & August. opera Abraham hæc lau-

hæc laudat propter fidem adiunctam. *Abrahã* In præf. enarr. in Psal. 31.
 (inquit) *immolandum filium suum Deo obrulit.*
Magnum opus, sed ex fide. Deinde sicut hîc de fi-
 de Abrahæ, sic alia scriptura de zelo Phinees,
 qui fornicantem cum Moabitide interfecit,
 dicit: *Reputatum est ei in iustitiam in generatione* Psal. 105.
& generationem.

Declamat hic Beza contra Origenem, quod Beza impudentia.
non puduerit hoc loco ceteris quoque virtutibus,
ut misericordia, mansuetudini, humilitati, tribuere,
et ipse dicantur ad iustitiam reputari. Hæc ille.
 Sed si impudens hæreticus Origenem hoc
 nomine impudentiæ accusat, quid ni & Da-
 uidem Prophetam, & Apostolum Iacobum
 locis iam citatis similiter accuset? quorum
 ille disertissimè dicit, *zelum honoris Dei ac*
legis diuinæ in Phinees, reputatum fuisse ei ad
iustitiam; hic non minùs disertè affirmat, *A-*
brahim ex operibus iustificatum esse, maximè ex
 obedientiæ opere, quum filium iubente Deo
 immolaret. Sed hæc est hæreticorum hodie
 impudentia, quod sanctissimorum ac vetu-
 stissimorum Patrum non tantum iudicia
 aspernentur, sed & pudèdæ ignorantia accu-
 sare audeant, quum ipsorum pestilentes hæ-
 reses doctissimis suis scriptis retundunt. Nō
 enim vnus Origenes, sed omnes Patres lucu-
 lenter docent, omnia virtutum opera in fide
 facta ad iustitiam reputari, idque iuxta ma-
 nifestas Scripturas præallegatas. Negat ergo
 Apostolus Abrahamū iustificari coram Deo

ex operibus, non simpliciter, sed quatenus sunt opera legis, de quibus toto præcedente capite disputauit. (vnde Augustinus & alii veteres hæc Pauli verba sic legunt, *Si Abraham ex operibus legis iustificatus est*, & sic Latini multi codices habent) & quatenus considerantur absque fide in Christum: qualia opera Abraham hæc non fuerunt, sed in fide facta.

1.

Opera in-
relligi que
fide ca-
rent, pro-
batur.

Hunc esse Apostoli sensum ex varijs argu-
mentis apparet. Primum, quia statim ad-
iungit, *Credidit Abraham Deo*, &c. Hoc enim
testimonium idcirco Apostolum adduxisse
vt ostendat in Abrahami operibus affuisse
idem, docet Augustinus in præfat. enar.

2.

In præfat.
in Psal. 31.

Psal. 31. Deinde, quia in proxima sententia
facit oppositionem inter operantem cui de-
betur merces, & inter non operantem
credentem. In hac enim oppositione non
opponit solam fidem bonis operibus in
factis, sicuti opinantur hæretici, sed opponit
fidem operibus sine recta fide & gratia
Christi, vt mox ad illa verba ostendetur. Sicut
Augustinus loco citato ita scribit: *Idcirco hæc*

3.

*oppositionem Apostolus facit, vt ostendat Abraham
opera habuisse rectam fidem adiunctam.* Tertium
quia negat in Abrahamo iustitiam ex operibus
non simpliciter, nec coram hominibus
sed coram Deo. Sic enim ostendit de illis ope-
ribus se loqui, quæ humanam quidem com-
mendationem & mercedem expectant, æ-
ternam & à Deo mercedem (quod per fidem
fit)

sic) non expectant. Sic distinxit hæc verba
 Augustinus. Aliud (inquit) est non iustificari, a-
 liud non iustificari apud Deum. Qui omnino non
 iustificatur, nec illa seruat quæ temporale habent
 premium, nec illa quæ æternum: Qui autem in ope-
 ribus legis iustificatur, non apud Deum iustificatur,
 vt de Abraham dictum est, quia temporalem inde ex-
 spectat mercedem. Sed tamen etiam ista quedam, vt
 sic dicam, terrena est carnalisq; iustitia. Hæc
 August. Dicit ergo Apostolus, Abrahamum,
 si ex operibus legis iustificatus esset, id est, ex
 huiusmodi operibus quæ non nisi temporale
 mercedem iuxta literam legis carnalia pro-
 mittentis expectaret, quod ex huiusmodi
 non haberet gloriam apud Deum, sed apud
 homines. Sed quia Abraham ex fide omnia
 operabatur, & expectabat fundamenta habentem
 civitatem, cuius artifex & conditor Deus, vt Pau-
 lus alibi dicit, propterea eius opera etiam co-
 ram Deo gloriam habebant, & ex illis iustifica-
 tus fuit, vt D. Iacobus disertissimè affirmat.
 Quarto & postremo, hic Apostoli sensus,
 quem diximus, ex tota disputationis Pauline
 hoc loco serie & intentione (quam inprimis
 obseruare oportuit) manifestè probatur. In-
 tendit probare Apostolus, nec Iudæos, nec
 Gentes, maximè autem Iudæos qui de lege
 gloriabantur, sine fide coram Deo iustificari
 vnquam potuisse. Hoc enim quum toto ferè
 cap. 3. præcedenti probasset, concludit: Quo-
 rum quidem vnus est Deus, qui iustificat circumci-
 sionem

In exposit.
epist. ad
Gal. c. 3.

Hebr. 11.

Iac. 2.

4.

Rō. 2. 30.

K 3

sionem

tionem ex fide, & praputium per fidem. Mox in nobilissimo exemplo adfert ipsum Abrahamum, qui iustificatus est, non ex operibus legis, nec ex operibus moralibus sine fide, sed ex operibus bonis per fidem. Ideoque hoc exemplo declarato, & tribus illis modis praedictis confirmato, postea infert & concludit

Rom. 4. 9. hunc locum his verbis: *Beatitudo ergo hanc circumcissionem tantum manet, an in praputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? in circumcissione, an in praputio? Non in circumcissione, sed in praputio.* Hæc in hoc loco Paulus, ostendit Abrahami iustitiam non ex operibus legis, aut circumcissione fuisse, qui ante legem datus & ante circumcissionem acceptam, iustificatus est, sed ex fide fuisse: id est (v. t. tam ipse Paulus quam Iacobus locis iam citatis interpretatur) *ex operibus fidei, vel ex operibus in fide factis, & quibus fides cooperabatur, iustificatus est.* Nullo modo igitur Apostolus excludit hoc loco à iustificatione bona opera Abrahami in fide facta, sed excludit opera legis, vel opera naturæ, sine fide facta.

Secundum quoque hæreticorum commentum, ex hoc loco deductum, hæc eadem responsione evertitur, ubi vides non solum fidem sed & opera Abrahami reputari ad iustitiam. Apostolus tamen fidem commendat, quia absque ea Abrahami opera non placuissent. Quo posito, principale eius intentum (non iustificari

Hebr. 11.
33.
Iacob. 2.
21. & 22.

Abrahæ
fides cur
laudata,
nō opera.

iustificari impium ex operibus sine fide) validè confirmatur. Nam si Abraham iustus, non est factus iustior ex operibus sine fide; multo magis impius non poterit fieri iustus ex operibus sine fide. Sic ad Hebr. 11. docet, Abrahamum multosque alios iustos veteris Testamenti, fide operatos esse iustitiam, id est, in fide Mediatoris venturi omnia sua bona opera fecisse.

Hebr. 11. 33.

Ad tertium quod attinet, fides Abraham hoc loco (Genes. 15.) commendata, non erat fides specialis Protestantium de remissione peccatorum per Christum consequenda. Iam enim antea erat amicus Dei, & iustificatus. Nam Genes. 12. exiuerat de terra sua, iubente Deo; & obediuit ex fide, ait Apost. Rursum Genes. 12. & 13. antea promiserat Deus Abraham quòd in ipso benedicerentur omnes gentes, & quòd terram Chanaan daret semini eius. Sed & eodem cap. 15. ante hanc fidem Abraham ita laudatam, dixit ei Deus: Ego pro-
 rector tuus, & merces tua magna nimis. Ergo iam iustificatus fuerat, Deoq; gratus. Postea illi iam seni promittit semen sicut stellas cæli. Cui promissioni quia credidit, reputata est fides ei ad iustitiã. Ille actus credendi, fuit actus iustitiæ. Et fuit hæc eius fides qualis nostra Catholica fides est: videl. assentiri omni verbo Dei. Consortatus ex fide (ait hic infra Paulus) dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quæcumque promisit Deus, potens est & facere. Ni-

Abrahæ fides non erat fides specialis, de remiss. pecc. Esai. 41. 8. Heb. 11. 8. Gen. 12. 2. & 3. & 7. Gê. 13. 15.

Gen. 15. 1.

Gen. 15. 7.

Rō. 4. 21.



hil ergo simile habuit fides Abrahę cum sp
ciali hęreticorum fide: nec hic locus eorū
hęreses de sola & speciali fide iuuare potest.

Caluini
deprava-
tio singu-
laris.

Alia via incedit Caluinus, & non pro
fide, sed pro iustitia imputatiua ex hoc lo
acriter depugnat, ideoque non contra ius-
tificationem & gloriationem ex operibus (e-
ceteri hodie omnes, etiam ipse Beza hoc lo-
co) sed contra omnem simpliciter gloriatio-
nem disputare Apostolum contendit. Hoc
enim facit ex Apostoli verbis syllogismum
Si Abraham ex operibus iustificatus est, potest
merito gloriari. Sed non habet unde gloriatur apud
Deum: Ergo non ex operibus iustificatus est. De
de insequentibus apud Paulum verbis, Ce-
didit Abraham Deo, & reputatum est ei in iustitia.
dicit illa verba esse probationem minoris seu as-
sumptionis, vbi negat: Apostolus Abrahę esse argu-
mentum gloriandi. Ceterum totam Apostoli ar-
gumentationem inuertit. Apostoli propositio
est imperfecta ratiocinatio hypothetica, que
suo antecedente & conclusione constat, subin-
tellecta propositione minore: que vel ex ante-
cedente assumitur, vel ex consequenti. Ex con-
sequenti, vt in ista apud eundem Apostolum
ex lege iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. vbi
subintelligitur assumptio rei per se certissima:
Sed Christus gratis non est mortuus: ergo ex lege
non est iustitia. Ex antecedente, vt apud eun-
dem: Si data est lex que posset viuificare, verum ex lege
set iustitia. Assumptio intelligitur quę in pre-
cedentibus

Gal. 2.

Gal. 3.

cedentibus manifestam fecit. Sed non est data ut posset viuificare: ergo ex lege non est iustitia. Eodem modo in re presentia. *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.* Est imperfecta ratiocinatio, ex duabus partibus constans, cui addenda est tertia, ut sit perfectus syllogismus. Quæ sanè tertia pars ex utraque duarum assumi potest. Ex prima sic: *Sed non ex operibus iustificatus est. Ergo habet gloriam apud Deum.* Ex posteriore sic: *Sed habuit gloriam apud Deum. Ergo non ex operibus iustificatus est,* solis videlicet, & absque fide, ut iam est explicatum. Et hoc posteriori modo Apóstoli syllogismum format S. Augustinus hoc modo: *Si ex operibus iustificatus est Abraham, habet gloriam, sed non apud Deum. Apud Deum autem habet gloriam. Non ergo ex operibus iustificatus est.* De minori propositione ait August. quod ipsa est fides nostra de sancto Patriarcha, quod placuit Deo, norumq; nobis manifestum est quoniam Abraham apud Deum habet gloriam. Hæc August. Nunc Calvinus neutram colligendi formam (quæ solæ legitimæ sunt) seruat, sed Apóstoli ratiocinationem imperfectam penitus immutat, posteriorem eius partem alijs verbis efferens, & aliam illi faciem induens, & eam, quum vnica sit, in duo membra difsecans, ut commentitiã suam disputationem Apóstolo affingat. Pro eo enim quod Apóstolus dicit, *Habet gloriam, sed non apud Deum,* quæ altera est imperfecti

In præfat. enarr. in Psal. 31.

Apóstoli argumētū lacerat Calvinus.



sylogismi pars, ponit Calvinus, *Potesse merito gloriari: quæ Apostoli verba non sunt sed Caluini.*

Abraham
habet
gloriam
apud
Deum.

Mox minorem affingit de suo: *Sed non habet unde gloriatur apud Deum.* Quod Apostoli sensui & fidei nostræ planè contrarium elucidavit S. August. Hoc enim Apostolus non concludit nec asseruit ex illa conditionali antecedente, *Si ex operibus iustificatus est*; sed hoc asseruit & hoc concludit Apostolus, *Erga habet gloriam, siue unde gloriatur; sed apud homines, non apud Deum.* Nunc Calvinus, lectori persuadeat Apostoli sensum esse, quòd omnem prorsus in Abrahamo gloriationem apud Deum excludat, & quòd hoc assumere voluerit Apostolus, ex vna propositione duas conficit, & ex membro orationis integram orationem constituit. *Membrum illud (ait Calvinus) Sed non apud Deum, est minor propositio syllogismi.* Sanè, si Scripturas ita dilaniare illi permittatur. Membrum enim quidem seu particula illationis & consequentiæ Apostolicæ illud est, non autem altera imperfecti syllogismi (qualem hîc esse Calvinus fateretur) propositio, quæ in syllogismo perfecto aut pro minori assumatur aut concludatur. Apostolus quippe ex antecedente sua propositione, *Si Abraham ex operibus iustificatus est, hoc vnum & totum infert, Habet gloriam, sed non apud Deum, id est, potest fortasse gloriari apud homines, sed nò apud Deum.*

Ita

Ita illud, *Sed non apud Deum*, gloriationis modum posita antecedente propositione excludit. Docet quippe, Abraham, si ex operibus absque fide iustificatus est, potuisse fortasse externam laudem apud homines habere, sed non assumit simpliciter (vt assumit Calvinus) quod non habuerit unde apud Deum gloriaretur. Imò hoc vt ex fide notū nobis ac manifestum (ait August.) & tanquam Iudæis, quibuscum disputat, persuasissimum ponit Apostolus, quod Abraham apud Deum gloriam habuit, appellatus videlicet *amicus Dei*, idque adeò, vt Esai. 41. Deus propter talem amoris nexum, *Deus Abraham* vocaretur; vt ex hoc posito atque confesso, ostendat veram apud Deum laudē & gloriationem ex fide nasci, qua Abraham iustificatus est, (vt in sequenti propositione docet, vbi prioris syllogismi imperfecti assumptionem probat) non autem ex operibus absque fide. Sic totam Apostoli argumentationem penitus inuertit Calvinus, & præter omnium suorum sententiam, contra omnem apud Deum gloriationem, non autem contra iustificationem ex operibus, (eo sensu quem diximus) disputare Apostolum vult.

Videamus nunc quomodo minorem propositionem à se confictam à Apostolo confirmari Calvinus doceat; hanc videlicet: *Non habuisse Abraham unde apud Deum gloriaretur*. Sic ab Apostolo hanc propositionem probari scribit: *Nam si Abraham ex eo iustificatur, quod ample-*

Calvini
impudentia in de-
prauandis
Scripturis

amplectitur fide bonitatem Dei, sequitur nullam
 gloriam, quia nihil suum affert, nisi miseriam agniti-
 onem, qua misericordiam querat. Obseruet hic
 tentē lector orthodoxus quanta impudentia
 & fraude Scripturas deprauet Calvinus. Pri-
 mum enim rem falsam narrat; ac deinde fal-
 siter concludit; mox suam consequentiam
 futili argumēto substernit: falsum est quod
 narrat Calvinus, *Abrahā ex eo iustificari quod si-
 amplectitur bonitatem Dei.* Hoc Apostolus non di-
 cit: hoc Moyses, vnde suam confirmationem
 Apostolus accepit, non affirmat. Hoc Cal-
 uinus fingit, & de suo cerebro cōminiscitur,
 vt mox clariū apparebit. Conclusio quam
 infert, *Vnde sequitur nullam Abrahā esse gloriam,*
 fallax & inualida est. Qui enim fide ample-
 ctitur bonitatem Dei, quū hoc sine specialia
 gratia facere nequeat, certē habet vnde glo-
 rietur, sed in Domino, qui hanc illi gratiam
 dedit. Argumentum, quo suam consequen-
 tiam firmare vult, futile est. *Quia* (inquit) *ni-
 hil suum affert, nisi miseriam agnitionem,* &c. Est
 inquam, hoc argumentum futile, primum,
 quia falsum dicit; deinde, quia, si verum di-
 ceret, non probat intentum. Falsum est,
 eum, qui fide bonitatem Dei amplectitur,
 nihil suum afferre, nisi miseriam agnitionem.
 Affert enim propriae voluntatis actum &
 obedientiam, qua dat gloriam Deo, & credit
 bonum ac misericordem esse Deum. Abrahā
 ipse, quando credidit Deo promittenti illi se-
 men,

men, & in illo semine omnium gentium benedictionem, duplicē actum fidei exercuit, heroicū, & magna laude dignum: quem vtrumq; Apostolus hoc capite studiosē laudat. De priori dicit: *Non est infirmatus fide, nec consideravit corpus suum emortuum, &c.* De posteriori ait: *In repromissionibus etiā Dei non habuit dissidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo; plenissime sciens, siue persuasus, quia, quacunque promisit, potens est & facere.* Rursum tam multi in Euangelio sanitatis beneficia à Christo consequuti, propter hunc animi actum quod fide amplectebantur bonitatem Dei, ea potissimum adepti sunt, dicēt: toties Christo, *Fides tua te saluum fecit.* Nunc autē si verum esset quod in argumento ponit Calvinus, non tamen probaret intentum. Si enim qui fide bonitatem Dei amplectitur, nihil suum afferret, non diceretur credenti, *fides tua.* Rursum, si in seipso nullam gloriam haberet, in Deo tamen gloriari posset, qui talem illi fidem dedit Sic Apostoli quum tam multos non virtute sua (vt Petrus protestatur) sed in fide nominis Iesu sanarent, de illis tamen signis ac prodigijs in Domino gloriabantur, magnis vocibus hoc ipso nomine Deum laudantes, quod extenderet manum suam ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen filij sui Iesu. Sed actus fidei, quo capiuntur intellectus in obsequium Christi, est actus eximie virtutis, de quo in Domino gloriari potest qui illum exercet,

Rō. 4. 23.

Act. 3. 12.

Act. 4. 10.

2. Corint.

10. 5.

1. Corint.

1. 10.

1. Cor. 4.7 docet, non sic gloriari quasi non acceperit. Tale gloriationem prohibet Scriptura, non enim.

Pergit Calvinus: Siquidem pro confesso premit, fidei iustitiam subsidium esse & quasi ad peccatori, qui operibus destituitur: Horum non Apostolus hic dicit: Calvinus sunt non commentarij, sed commenta. Subsidium & ad peccatori fidei iustitia est, non solius, & quæ fingit Calvinus, quæ diuinæ benevolentia persuasio est, sed quam Scriptura docet, cum penitentia coniuncta, & per charitatem operum.

Act. 20.
21.
Gal. 5.6.
Iustitia in
hærens.

Sed probare hoc vult Calvinus. Nā (inquirit) si qua esset legis vel operum iustitia, in ipsis hominibus resideret. Hoc Calvino quidem absurdum est, sed non Paulo, non alijs Scripturis, qui inhærentem homini iustitiam perspicue docent; maximè illa verba Christi ad Apostolos suos: Ipse Pater amat vos, quia vos amastis me, & credidistis quia à Deo exiui. Hæc dilectio Christi & fides quæ in Apostolis residebat, eos coram Deo gratos & iustos fecerunt. Fide autem (ait Calvinus) quod sibi deest, aliunde mutuatur, ideoque aptè vocatur Imputatiua fidei iustitia. Hæc omnia verba non textus Apostolici commentarij, sed impij Calvini commenta & venenata dogmata sunt. Nihil horum Apostolus hoc loco dicit. Imputatiuam iustitiam nulla hætenus Apostoli verba sonuerunt.

Ioan. 16.

Homines fide aliunde mutuare quod sibi deest, nec Apostolus

Calvinus
suis tradi-
tionibus
Dei verbū
contami-
nat.

Apostolus, nec vlla alia Scriptura dicit: Assu-
 menta Caluini sunt, paleæ, & commenta ac
 traditiones humane, quibus purum Dei ver-
 bum foedissime contaminatur. Denique quid
 hæc omnia ad minoris probationem ex A-
 postolo desumptam? Horū nihil Apostolus
 dixit, sed solus Caluinus garriuit. Sic lecto-
 res suos ludificat seductor, & specie Scriptu-
 ras exponendi sua infarcit dogmata, sua ad-
 spergit venena; sua obtrudit placita; simplici
 semper affirmatione, nulla probatione vsus.
 Sanè non sola fides, sed omne opus bonum in
 fide factum, quod sibi deest, aliunde (ex Dei
 gratia) mutuatur: ideoque tam aptè imputa-
 tiua operum iustitia quàm imputatiua fidei
 iustitia vocari potest.

Venit nunc tandem ad Scripturam Moy-
 saicam ab Apostolo citatam, quam esse vult
 probationem huius propositionis minoris,
 Non habere Abraham vnde apud Deum gloriatur.
 Locus (inquit) à Paulo citatus ex Genesi 15. 6.
 sumptus est: vbi verbum credendi non ad particulare
 aliquod dictum restringi debet, sed ad totum salutis
 fœdus, & adoptionis gratiam, quam dicitur Abrahã
 fide apprehendisse. Nos hoc Caluino negamus,
 & verbum credendi ad id restringi oportere
 dicimus, ad quod Scriptura Moysaica illud
 restringit, vel certè ad quod Scriptura Apo-
 stolica illud retulit, & non extendi oportere
 ad id omne, ad quod quilibet hæreticus in
 suæ heresis fauorem illud ampliare voluerit.

Expecta-

Caluini
 impostura

Abrahæ
 fides lau-
 data qua-
 le obie-
 ctum ha-
 buit.

Expectamus igitur, ut hoc, quod Calvini
affirmat, legitime probet. Sic profertur : Refertur quidem illic promissio seminis futuri
que in gratuita adoptione fundata erat. Falsum
est. Non enim in gratuita ipsius Abraham adoptione,
sed in solo Dei beneplacito fundata
erat promissio seminis futuri. Non quia
Abraham per hanc promissionem filius ad
optionis factus est, hęc futuri seminis promissio
illi data est: iam enim antea, idque dicitur
filius adoptionis factus fuerat, ut in praecedentibus
ostensum est: maxime dicente
ante hæc verba Deo, Ego protector tuus, & magnus
est tua magna nimis. Sed nec quia antea
erat, ideo hæc promissio illi facta est; quia
praeter Abrahamum alij iusti erant
adoptionis filij in mundo, ut Lot ipse frater
Abraham, & utriusque domestici; cum quibus
nulla vobis Abraham vel cuiuscunque iusti iustitia
causa esse potuit, ut in ea fundaretur talis
& tanta promissio. Vanum igitur & falsum
est quod in specie probationis atque
Calvinus. Scriptura illa Moyseica, Credidit
Abraham Deo, & reputatum est ei in iustitiam, &
illo vno & nobilissimo actu fidei loquitur
quem ipse commemorat. Suspice calum, & me
metra stellas, si potes: sic erit semen tuum. Hoc
didit Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam.
Hunc fidei actum Apostolus in sequentibus
producit, eadē Moysis verba commemorans
& subiungens: Non est infirmatus in fide, nec con-

Calvini
igoo.ātia.

in illa
causa

Gen. 15. 1.

Promissio
Abraham
facti me-
re gratui-
ta.

Gen. 15. 6.

ad id
quod
dicitur
in illa
causa

Rō. 4. 19.

fidera
Apo
Moy
fidei
id est
I
Calu
ta ta
est, n
salute
spem
tur. C
mat,
facit
hæ fa
Abra
canta
lis be
reque
hac a
mini
nec i
prom
bene
& A
seme
spem
prom
reba
acce
nia c

sideravit corpus suum emortuum. Abrahæ fidē ab Apostolo laudatā ad hoc obiectū restrinxit Moyses, restrinxit ipse Paulus, quia hic vnus fidei actus iustitiæ actus erat, & in iustitiam, id est, pro actu iustitiæ reputatus.

Pergit sua placita & commenta effutire Calvinus: vt quū nihil ad rem dixerit, multa tamen dixisse videatur. *Notandum* (inquit) *est, nec salutem sine Dei gratia, nec Dei gratiam sine salute promitti: rursus, nec in Dei gratiam, nec in spem salutis nos vocari, quin iustitia simul offeratur.* Quorsum hæc omnia? Quod prius affirmat, verum est, sed ad rem præsentem nihil facit. Hæc enim promissio hoc in loco Abrahæ facta de eius semine multiplicando, ad Abrahæ salutem aut ad Dei gratiam iustificantem nihil profus faciebat, sed temporalis benedictio erat. Quod posterius affirmat, æque ad rem non pertinet. Abraham quippe hac accepta promissione multiplicandi seminis sui, nec in Dei gratiā iustificantem, nec in spem salutis vocatus est. Aliæ postea promissiones, quod in semine eius omnes gentes *Gen. 17.* benedicerentur, quod pactum faceret Deus inter se & Abraham ac semen eius, essetque Deus illi & semini eius, illæ sanè ad Dei gratiam & ad spem salutis pertinebant. Nec tamen tales promissiones vllam Abrahæ iustitiam offerebant, sed illi tanquam viro iusto quasi acceptæ iustitiæ aut præmia aut testimonia conferebantur. Calvinus ergo hætenus

L repetita

repetita dictata nihil ad rhombum.

Pergit tamen audacter ; & quasi re be-
gesta, sua iam corollaria strenuè colligit. *Im-*
posito (inquit) *videre licet eos Theologia prima*
non tenere, qui Moysis testimonium à Paulo violen-
torqueri putat. Nō à Paulo (sed à Caluino/Pau-
lo affingit impostor quod ipse perpetravit.
Moysis testimoniū violenter torqueri alle-
mus, nec propterea Theologiæ principia
tenemus, sed Calvinianæ Metaologiæ prin-
cipia & commenta vana penitus negamus.
At probare Caluinus vult Moysis testimoniū
à se violenter nō torqueri: *Quia enim* (inquit)
particularis apud Moysen promissio est, rite & pro-
fecisse Abraham intelligunt qui crediderit, & eas
non probatum fuisse à Deo. Planè sic rem intelli-
gimus, sic & Paulus ipse intellexit, hanc par-
ticularem Abrahamæ fidem circa promissionem
illi à Deo semen, in hoc ipso capite cōmen-
dans, & tanquam insignis fidei exemplum
proponens. Contra hunc intellectum quod
adfert Caluinus? *Sed in eo falluntur* (inquit)
primum quod non animaduertunt illud Credere à
totum complexum extendi: quare ad vnū membrum
restringi non debebat. Hoc adhuc nulla prioris
intelligentiæ refutatio est, sed simplex eius
negatio. Non debuit (inquit) intelligi par-
ticularis promissio, quia debuit intelligi to-
tum fidei complexum. Quæ refutatio talis
est ac si dicerem: Quod tu dicis falsum est,
quia, quod ego dico, verum est. Hoc in more
Caluino

Caluinus
nihil pro-
bat, sed
ponit pro-
banda.

Caluino alijsque hæreticis positum est, vt sua commenta noua fortiter affirmet, numquam legitime probent. Et in re præsentî, totus disputationis cardo in eo vertitur, an fides Abrahæ à Moysè & Paulo prædicata, aliud obiectum respexerit quàm quod Moses & Paulus cõmemorant, videlicet de semine suo multiplicãdo, quod ille sibi promissum obedienter & firmiter, adeoque in spem contra spem credidit. Affirmamus nos iuxta Scripturas: negant hæretici iuxta sua commenta & traditiones hominum. Sed quod negant, nullo argumento hætenus probant.

Pergit tamẽ Caluinus: *Præcipua autem hallucinatio est, quod à gratiæ Dei testimonio non ordiuntur.* Hanc igitur tam grauem hallucinationem nostrã perspicuè docebit hic doctor nouellus. Subiungit, vt id doceat: *Atqui hoc agit Deus, vt Abraham & suæ adoptionis & paterni fauoris reddat certiozem: sub quo æterna per Christum salus deprehenditur.* Hic punctum & neruus est totius probationis Calvinianæ, totiusque imputatiuæ iustitiæ in sensu Calviniano hoc loco fundatæ. Sed quanta vanitate totum nitatur, breuiter ostẽdo. Deus promittens Abrahæ hoc loco à Paulo citato *seminis sui multiplicationẽ similem stellis celi*, facit sanè ipsum Abraham sui paterni fauoris certiorẽ, planèque ostendit, Abraham personam esse sibi acceptam & gratam, cuius eam curam habere voluerit, non solum vt semen eius ac

Promissio
Abrahæ
facta an
fuerit ele-
ctionis te-
stimoniũ.

L 2 poste-

posteris multiplicaret (quod pro magno beneficio mortales accipiunt) sed etiam illi prædiceret ac promitteret. Testimonium gratiæ & favoris paterni in Deo erga Abraham præclarum hoc fuit: suæ quoque adoptionis hæc promissio Abrahamum aliquo modo certiozem reddere potuit, quatenus tanta & tam singularis promissio non leve argumentum esset de numero filiorum Dei ipsum Abraham esse, cui ea facta fuerat. Reddere (inquam) potuit. Non enim efficitur probat, cui Deus temporale aliquod bonum promittit, (quale erat seminis multiplicatio) eum esse filium Dei. Temporalis quippe bona, ipsaque longa seminis successio, & bonis dantur & malis. Sed neque hæc promissio (quæ multo plus sonat) quod ex semine Abraham benedicerentur omnes gentes, id est quod ex eius semine Christus nasceretur, quo omnes benedicerentur, & quod Deus esset illi Deus, ac semini eius, efficaciter probat Abraham fuisse filium adoptionis. Christus enim ex multis peccatoribus originem duxit & in semine Abraham secundum carnem multos reprobos fuisse, perspicue constat. Quare hæc promissiones non erant ipsi Abraham certæ & infallibilia testimonia adoptionis sue. Testimonium adoptionis Abraham est ipsius obedientia & observatio mandatorum Dei non secus quam fides promissionibus diuinis data: quod contra hæreticos hanc

Adoptio-
nis Abra-
hæ testi-
monium
non secus
opera quæ
fides.

temp
Abra
stimo
Abra
tua,
monst
& be
eris
male
ymue
ham
loco
pater
Acce
ribus
cit P
ceptu
iret. U
Abra
tur,
nis f
Deu
Abra
gna
ficat
quod
hæc
sem
celi
cred
tiam

temporis diligenter notandum est. Prima Abraham facta promissio cum obedientia testimonio erat coniuncta. Dixit enim Deus ad Gen. 12.

Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. In te benedicentur vniversa cognationes terra. Egressus est itaque Abraham sicut praeceperat ei Dominus. An non & hoc loco testimonium à Deo accepit Abraham paterni in eum fauoris atque adoptionis suae? Accepit sanè: sed nec ex sola fide, nec ex operibus absque fide. Nam de hoc eius opere dicit Paulus: Fide obediuit in locum exire quem ac-

cepturus erat in hereditatem: & exijt, nesciens quò iret. Deinde ante hanc promissionem iterum Abraham repetitam, de qua hic Paulus loquitur, nobilissimum diuinæ gratiæ & adoptionis suae testimonium accepit Abraham, quum Deus ei per visionem diceret: Noli timere Hebr. 11. 8. Gen. 15. 1.

Abraham: ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Qua accepta diuinæ gratiæ testificatione, conqueritur apud Deum Abraham quòd non dedisset illi semen, & quòd vernaculus eius haeres eius foret. Quo audito, confestim Deus semè illi copiosum promittit, & sicut stellas caeli multiplicandum. Huic promissioni credidit Abraham, & reputatum est illi ad iustitiam. In hac promissione erat sanè diuini erga

L 3 Abra-

Abraham fauoris præclarum testimonium
 sed adoptionis suæ in filium Dei testimo-
 niū, id est, quò de numero electorum infa-
 libiliter esset, (addit enim Calvinus, *Sub on-*
æterna per Christum salus comprehenditur) hæc
 promissio nō erat. Vide igitur hoc loco Cal-
 uini imposturam. Credidit Abraham hæc
 promissioni de multiplicando semine; hæc
 promissio adiunctum habuit diuini fauoris
 testimonium; in diuino fauore comprehen-
 ditur æterna per Christum salus: ergo Abra-
 ham, credens huic promissioni, credidit æ-
 ternam suā per Christum salutē, siue se certū
 per Christū saluū fore. At quòd ita credidit
 reputatum fuit ei in iustitiam: ergo propter
 apprehensam fide salutem Abraham iustifi-
 catus est. Sic enim statim infert Calvinus:
Quare Abraham credendo nihil quàm oblatam sibi
gratiam amplectitur, ne irrita sit. Si hoc illi imputa-
tatur in iustitiam; sequitur, non aliter esse iustifi-
nisi quia Dei bonitate confisus, omnia ab ipso sperare
audeat. Hæc est Calvinus ex argumentatione
 præcedenti collectio & conclusio. Sed argu-
 mentationis fallacia planè ridicula est, et
 huic similis: Qui bene bibit, bene dormit;
 qui bene dormit, nil mali cogitat; qui nil
 mali cogitat, non peccat; qui non peccat,
 saluus erit: ergo qui bene bibit, saluus erit.
 Sic enim à primo ad vltimum procedit hoc
 loco Calvinus: Abraham fides circa promissio-
 nem de multiplicando semine reputata fuit
 ei ad

Caluini
 impostura
 notanda.

ei ad iustitiam; hæc promissio diuini fauoris testimonium erat; in diuino fauore salus æterna per Christum comprehenditur; salutis æternæ fides, quatenus oblatam Dei gratiam amplectitur, reputatur ad iustitiam: ergo qui credit se saluum fore, saluus erit. Imò ait Calvinus, *nō aliter erit aliquis iustus, & consequenter saluus, nisi quia Dei bonitate confisus, omnia ab ipso sperare audeat*: id est, nisi qui certo credit se saluum fore. Ita Caluini collectio à primo ad vltimum plus colligit quàm illa alia ridicula collegit. Plus enim est dicere, Non aliter erit homo saluus, nisi qui credit se saluum fore; quàm dicere, Qui credit se saluum fore, is saluus erit: sicut plus est dicere, Non erit saluus, nisi qui bene bibit; quàm dicere, Qui bene bibit, saluus erit. Hæc enim propositio non excludit alia ad salutem necessaria: Caluini propositio omnia excludit alia, & in sola saluus apprehensione per fidē, totam salutis rationem ponit. Ita, vt dixi, magis ridicula collectio est. Atque vtinam ridicula tantum, & non magis impia collectio foret. Altera enim illa suam ineptiā prima facie prodit, & ad argumētationes huius generis ineptas ferōd cauendas inuenta fuisse videtur. Hæc autem Caluini astutior paulò est, & ad seducendū in præcipuo salutis nostræ cardine, sceleratè inuenta.

Caluini
processus
ridiculus
ostenditur.

Sed nunc similem vtramque esse quo ad
ridiculum procedendi modum ostendamus.

L 4 Proce-

Procedendi modus in vtraque ridiculus est quia non est legitima causarum cum suis effectibus connexio; sed id quod per accidens ex altera consequitur, pro effectu proprio necessario ponitur, & partiales causae pro integris assumuntur. Hoc in altera illa ridicula collectione demonstrare opus non est. In collectione Calviniana demonstrabimus.

1. Quod promissio illa temporalis Abraham facta adiunctum habuit diuini fauoris testimonium, per accidens fuit: tum quia data illa potuit sine illo favore speciali, tum quia eiusdem promissionis participes fuerunt, qui à diuino favore extorres & reprobi erant. Rursum, in diuino favore salutem æternam per Christum comprehendere, contingens est non necessarium. Multi enim diuino favore ad tempus gaudent, qui æternam tamen per Christum salutem non consequuntur. Deinde, quod huius promissionis fides reputata est Abraham ad iustitiam, iustitiæ reputatae partialis causa erat, non integra. Obedientia quippe Abraham non secus ei reputata fuit ad iustitiam quam fides, & ex operibus iustificatus est non secus quam ex fide. Tandem promissionem hanc ipsam, quam hic ex Mose Paulus commemorat, non secus ex obedientia qua filium immolauit, quam ex fide promissioni data, Abraham accepit. Sic enim aperte testatur apud Moysen Deus his verbis: *Per memetipsum iuravi, dicit Dominus; quia fecisti*

Promissio
facta est
Abraham
magis lu-
culenta
ex obe-
dientia
quam ex
fide.
Gen. 22.
16.

hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicab. semē tuum sicut stellas celi, & velut arenam qua est in litore maris. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terra, quia obedisti voci meae. Ecce eandem promissionem de qua hīc loquitur Paulus, propter obedientiam voci Domini praestitam, accepit Abraham. In hac promissione diuini fauoris testimonium accepit, quia Christum ex eo nasciturum accepit. An igitur cum Caluino à primo ad vltimum concludemus, hoc modo? Propter obedientiam mandati diuini accepit Abraham promissionem de multiplicando suo semine, Christoque de eius semine nascituro. In hac promissione fecit cum Deus suae adoptionis & paterni fauoris certiore. In hoc diuini fauoris testimonio aeterna per Christum salus comprehenditur. Quare Abraham obediendo voci Dei nihil quam oblatā sibi gratiam amplectitur. Ergo non aliter aeternam per Christum salutem Abraham accepit, nisi quia voci Dei obediuit. Vides igitur, Christiane Lector, quod Caluini consequentia & collectio, si bona & firma est, non secus pro sola obedientia mandatorum Dei cōcludit, quam pro sola fide ad iustitiam reputata. Sed nec sola obedientia nec sola fides Abraham in causa fuit vt illas promissiones acciperet, sed partim Dei beneplacitum, vt Genes. 15.6. apparet; partim ipsa Abraham obedientia, qua

Caluini
collectio
pro operū
iustitia
cōcludit.

L 5 tia, qua

Gen. 12. 1. tia, qua de terra cognationis suae Deo iubente exiit, cum fide cōiuncta, ut nō obscure colligi potest; partim altera illa insignis obedientia de immolato filio suo iuxta mandatum Dei, ut ipsemet Deus luculenter professus est, adeoque iureiurando firmavit. In omnibus autē illis promissionibus Abraham factis sicuti in singulis diuini fauoris testimoniū accepit, ita in nulla earū aeternae per Christum salutis suae testimoniū (quale Calvinus intelligit, videlicet infallibiliter conferendae, & quod de numero electorum esset) Abraham accepit. Sed in prima eorum, Gen. 12. 1. Abraham obedientia & fides eluxerunt. In secunda, Gen. 15. 6. quam hic Paulus commemorat, fidei commendationem ponit Moyses. In tertia, Gen. 22. 1. obedientiam Abraham laudat Deus, & propter illam obedientiam promissionem eandem cum iureiurando repetit. Imō non in obedientia Abraham facta est haec promissio, apertis & disertis verbis. In secunda promissione, Gen. 15. laudatur fides Abraham, & reputatur ei ad iustitiā: sed nō ponitur ut causa promissionis factae, sicut obedientia Abraham, Gen. 22. Si ergo in illa promissione, ut vult Calvinus, accepit Abraham adoptionis suae & aeternae per Christum salutis testimonium, cui testimonio credendo, & oblatam illi gratiā amplectendo, iustificatus est, ideoque sola fides amplectens Deum sibi proprium

Operum
iustitiae
promissio
fortius
facta quā
iustitiae fi-
dei.

riū iustificat, quum tamen hæc fides huius
 promissionis causa non fuit, sed eam iam fa-
 ctam consequuta est; quanto magis, quanto
 fortius, si in eadē promissione iterum Abra-
 hæ facta, & iureiurādo firmata, idque *propter*
obedientiam Abrahæ, quæ promissionem ante-
 cessit (ut ipse Deus attestatur) adoptionis
 suæ & æternæ salutis per Christum infallibi-
 liter conferendæ testimonium accepit Abra-
 ham, sequetur, ipsam Abrahæ obedientiam,
 quæ hanc promissionem promerita est, vel
 saltem cui hæc promissio reddita à Deo est,
 huius æternæ per Christum salutis conferen-
 dæ causam fuisse, ideóque solā obedientiam
 Abrahæ voci Dei factam eum æternæ salutis
 participem fecisse, id est, eum coram Deo
 iustificasse ! Breuiter sic contra Caluinum
 arguo : In illa promissione Abrahæ facta, aut ^{Notæ.}
 nullum erat æternæ per Christum salutis te-
 stimonium, & Abraham illi credens per il-
 lam fidem æternæ salutis certior fieri non po-
 tuit; aut erat, & Abraham propter obedi-
 entiam illud testimonium accipiens, propter
 eandem obedientiam salutem accepit æter-
 nam. Eligat vtrum velit quilibet hodie Cal-
 uinista. Eadem quippe vtrobique promissio
 erat, nisi quòd hæc posterior amplior erat,
 & iureiurando firmata. Si in illa promissio-
 ne priori non particulare illud quod pro-
 missum fuit, sed totum salutis complexum
 intelligi debet; vtrobique, & multo magis
 in po-

in posteriori, intelligi oportet. Si utrobique, & in posteriori magis; profectò forte probatur Abrahamum ex obedientia quam ex fide sua æternam per Christum salutem consequutum esse. Ita aut credere hoc loco non debet extendi ad totum complexum fidei aut salutis (vt Calvinus vult) sed ad particularem illam promissionem restringi, vt Scriptura facit, tam Moysaica quam Apostolica; & ita non tota Abrahamæ iustitia æternæ salutis in hac eius fide prædicatur, sed vna tantùm iustitiæ causa, & vnus iustitiæ actus, hæcenus semper intellectus hic locus est, si promissio quam Abraham hæc credidit totum salutis aut fidei complexum erat, profectò eadem promissio tum amplior, tum inreirurando firmata, propter obedientiam voci Dei Abrahamæ facta, ad totum salutis complexum extendi quoque debet, vt sic Abraham, propter obedientiam, totam & æternam per Christum salutem consequutus fuerit: ita hic locus non imputatiuam ex sola fide iustitiam, sed veram ac plenam ex obedientia & fide iustitiam docebit: qualem sanè docuitque semper Ecclesia Christi Catholica. Sic non solum tota Caluini argumentatio dissecta iacet, sed præcipuum hodie hereticorum pro imputatiua iustitia fundamentum penitus corrui.

Quæ nunc in Caluino sequuntur prioris suæ cõclusionis corollaria, illâ deiectâ, nulli egent

egent refutatione. Breuitatū notatione ea
 iugulabimus, *Abraham ergo* (inquit) *in promif-*
sione oblata sibi Dei benignitate apprehendit, qua sibi
iustitiam communicari sentiebat. Respondeo :
 Abraham in promissione ei facta illud ap-
 prehendit quod promissio sonabat : in qua
 quia nulla alienæ iustitiæ cōmunicatio au-
 dita fuit, eā sibi fieri sentire non potuit. Cal-
 uiniani cerebri inane cōmentū hoc est. Per-
 git. *Hanc promissionis & fidei relationē necessariū*
est ad statuendā iustitiam intelligere: quoniā eadem
est hic inter Deum & nos ratio, quæ apud Iuriscon-
sultos inter datorem & donatarium. Respondeo:
 Hanc relationē nec hic locus nec vlla Scri-
 ptura docet. Ad statuendam iustitiam non
 solum fidei & promissionis relatio, sed fidei,
 & eorum omnium quæ fides aut credenda
 proponit, aut facienda præscribit, relatio
 necessaria est. Nec inter Deum & nos illa est
 ratio qualis apud Iurisconsultos est inter da-
 torem & donatarium (vbi nulla planè iu-
 stitia cernitur, sed sola datoris munificentia)
 sed illa est ratio qualis in Scripturis diuinis
 legitur, inter *legitimè certantem, & iustè coro-*
nantem; inter operarios in vinea, & Patrem fami-
lias mercedem singulis rependentem; inter cursum
consummantes, fidemq; seruantes, & iustum Iudicem
iustitia coronam reddentem; denique inter seruos
bonos ac fideles, & Dominum singulis remuneran-
tem. Sic hæretici hodie, qui solas Scripturas
 crepant, illam iustitiæ inter Deum & nos
 statuen-

Caluina-
 ni cerebri
 cōmenta
 propria.

1.

2.

Iustitia
 non sta-
 tuitur ex
 promissi-
 onis &
 fidei rela-
 tione.

2. Tim. 2.

5.

Matt. 20.

2. Tim. 4.

8.

Matt. 25.

statuendæ formâ (præcipuum fidei dogma præscribunt, non quam Scripturæ manifeste docent, sed quam ex Iurisperitorum formulis ipsimet comminiscuntur. Ita fratri Deum colunt, docentes semper doctrinas & mandata hominum.

3. Sed hanc rationem & analogiam inter Deum & nos probare vult Calvinus. Neque enim (inquit) iustitiam aliter consequimur, nisi quæcumque Evangelij promissione nobis defertur, ita enim possessionem fide quasi cernimus. Aliud hoc est Calvinus commentum, alia doctrina humana, nec in hoc loco fundata, etsi ex hoc loco collata, nec usquam alibi in Scripturis tradita. Hic Calvinus ludus est. Vbi textu Scripturæ depravato unam extorsit conclusionem hæreticam, alias & alias confestim accumulavit, corollaria multiplicat, multa & densa venena conspergit. Sequitur: *Quomodo conciliandus sit Iacobi locus, qui non nihil contrarius videtur, supra adnotavi, & illic Domino dante exponam.* Quomodo in eo loco cum sensu hæretico & Paulini textus depravatione conciliando frustra Calvinus, Beza, alijque hæretici sudaverint, ad illum Iacobi locum, propitio Christo, luculenter exponam. Pergit adhuc Calvinus: *Tantum notemus, eos, quibus iustitia imputatur, iustificari: quando hæc duo à Paulo tanquam synonyma ponuntur.* Sed ubi tandem hoc Paulus ponit? An hoc in loco? nihil huiusmodi apparet. An alibi? cur vel in margine locus non

Calvini
ludus.

non designatur? Sed hæc Calvini impudentia est. Paulo nominatim suam insaniam affingit, nec ubi Paulus id docet vsquam ostendit. Colligit adhuc, & ait: *Vnde colligimus, non disputari quales sint in se homines, sed quo loco Deus ipsos censeat. Quasi verò alio loco Deus homines censeat quàm quales ipsi sunt. Quasi quod in hominibus execratur Deus, dicens, Qui iustificat impium, & condemnat iustum, vterque abominabilis est ante Deum, hoc ipse Deus faceret, pro iustis pronuntians qui impij sunt, & pro impijs cõdemnans qui iusti sunt. Quasi Apostolus de iudicio Dei nõ dixisset: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gesserit, siue bonum, siue malũ. Sed profectò iuxta imputatiuam Calvini iustitiam disputandũ hoc non est. Vnde colligimus, imputatiuam Calvini iustitiam cum diuinis Scripturis apertè pugnare.*

Proverb. 17. 35. Impunitiua iustitia Dei iudicium tollit. 2. Cor. 5.

Attamen postremum hoc suum venenum aliquo melle cõdire, & manifestam impietatem aliquo honesto fuce obtegere conatur Calvini. *Non quòd (inquit) separetur à gratuito Dei fauore puritas conscientia, & vita integritas; sed quia ubi causa quaritur cur nos Deus amet, ac pro iustis agnoscat, Christum prodire necesse est, qui sua nos iustitia induat. Cæterum hic fucus nihil Calvinum iuuat, nec hoc melle tam pestilens venenum cõdiri potest.*

Conscientia puritas causa est amoris diuini.

*Puritas conscientia, & vitæ integritas, non solum

solū à gratuito Dei fauore non separari
 (quod tamen ipsum imputatiuā iustitiam
 sensu Caluini penitus subuertit, qui, vt in
 Infrā cap. 7. & 8. riji postea locis videbim⁹, homines in seip
 impios, impuros, immundos pro iustis ap
 Deū haberi docet, totāque sanctificatione
 nostrā per Christum nō aliam esse affirmat
 quā quæ in Christo residens nobis impur
 tur) verū etiam causa est cur nos Deus
 amat, & cur nos pro iustis agnoscat. An
 Joān. 16. Christi hæc verba apertissima sunt: *Ipse
 27. amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia
 1. Ioān. 3. Deo exiui? An nō disertè Ioannes scripsit: Qu
 7. facit iustitiā, iustus est? An nō Christus in exte
 Matt. 25. mo iudicio illos vocabit, *Benedictos Patris
 qui opera misericordiæ fecerunt, & ideo
 huiusmodi eos agnoscat? An non iterū dile
 tissimè Christus dicit: *Qui habet mandata mea
 & seruat ea, ille est qui diligit me: Qui autem
 Ioān. 14. 21. diligit me, diligitur à Patre meo? Et iterum: *Vos
 Ioān. 15. 14. amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio
 Vos
 causa ergo cur Deus suos amat, & pro iustis
 agnoscat, vna inter alias est, ipsa conscientia
 puritas, vitæque integritas. Quia amant
 Christum, amantur à Deo; Quia faciunt ius
 titiam, sunt coram Deo iusti; Quia faciunt
 opera misericordiæ, Benedicti Patris cele
 stis vocantur; Quia mandata Dei faciunt,
 diliguntur à Deo, & amici Christi sunt. Chri
 stus quoque in his omnibus prodit, qui
 nos iustitia induat, sed quam operatur in
 nobis****

Christus
 iustitia
 sua nos in
 duit.

nobis, & qua nos iusti sumus; non quam imputat nobis, & qua ipse iustus est. Hoc Caluini commentum est, & doctrina humana. Illud diuinæ Scripturæ iam prolata, aliaq; permultæ quas olim protulimus, luce meridiana clariùs nos docent.

Quia hoc vno Pauli loco pro imputatiua iustitiâ stabilienda singulariter abusus est Caluinus, sicuti alio loco ad Rom. 3. vers. 21, 22. pro sola fide iustificatè abusus fuerat; nec secus hic copiosè & accuratè pro illa pugnavit, quàm ibi pro altera decertavit; propterea totam hoc loco Caluini disputationè (sicuti eo in loco feci) excutere volui. Ex huius porro atque alterius loci tractatione proluxa facillè videt lector tū in quàm multis peccat Caluinus, quàm absurdus & impius disputator inuenitur, vbi singula in eo expenduntur; tū in quantâ molem hæc Antidota Apostolica exerescerent, & quolibet penè lectorem fatigarent, si singulis expendendis immorari sic vellem. Sed hæc vna epistola ad Romanos similem à nobis adhuc diligentiam, propter non pauca in ea difficultia, necessariò postulabit.

4. *Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.*
 5. *verò qui non operatur, credenti autem imputatur iustitia, quia iustitia imputatur fides eius et gratiam.*

Honorum operum defensio.

Visum est hodie hæreticis excludi hunc Paulo omnem bonorum operum mercedem ac iustitiam: qui Pauli sensum vel non assequuntur, vel dissimulant. Ostendit quippe Paulus discrimen inter operantem sine deo & gratia: Mediatoris (operantem enim operatur) crediti, quæ vera oppositio non est nisi iste operans cum fide quoque operatur) & inter credentem in Mediatorem sine ullis bonis operibus fidem precedentibus. At illi non mercedem expectare secundum debitum, non secundum gratiam, quia ex se suis viribus se bene operatum existimant, verò iustitiam consequi, id est, ex impio iustum, non vllò merito suo, sed beneficio gratiæ Dei, à quo fidem, aliasque ad iustitiam dispositiones accepit. Credenti enim quidem imputatur iustitia sine vllò merito bonorum operum precedentium, sed non credenti tantum, veteremque hominem cum suis actibus nondum deponenti, ut luculenter in hunc locum docet Origenes, & omnes interpretes Græci, quos hoc nomine graviter taxat scriptoribus Beza quasi illorum iudicium Beza capiti postponendum foret. Sed cur Augu-

stini quoque interpretationem non vellica-
bit? Sanè vt lectori insinuarer, Augustinum
non ita rem intellexisse. Ceterùm vt omnes
alij Patres sic & August. hunc locũ exponit:
Et qui operatur, id est, qui de operibus præsūmit, &
eorum merito sibi dicit datã esse gratiam fidei, merces
non imputatur secundũ gratiam, sed secundũ de-
bitum. Noli ergo præsumere de operibus ante fidem.
Noueris quia peccatorem te fides inuenit. Sed crede
in eum qui iustificat impium, vt possint bona opera
tua esse opera bona, id est, quæ moraliter vide-
bantur bona, sint iã ex fide verè bona & celo
digna. Incipis esse in fide per indulgentiam. Iam fides
illa assumpta spe & dilectione incipit bene operari.
Hæc ille, & multò ibi plura, docens cauendam
illam esse voraginem, quam multi incurrunt
in gurgite flagitiorum demeriti, quando au-
diunt illud Apostoli, Non ex operibus, sed ex fide.
Tales sunt horum temporum hæretici.

Sed opera excludit Apostolus ante fidem,
non opera post fidem. Ipsam quoque fidem
commendat nec specialem, nec solam, sed
cum spe & dilectione coniunctam; illam
nempe quæ per dilectionẽ operatur. Hoc est enim
credere in Deum; id est, amando in illum ren-
dere. Vnde alibi August. Quid est credere in eum
qui iustificat impium? Credendo amare, credendo
diligere, credendo in eum ire, & eius membris incor-
porari. Credimus Paulo, sed non in Paulum. Hæc
ille super illa Christi verba, Hoc est opus Dei, vt
credatis in eum quem misit ille.

M 2 Sod

In præfat.
enar. in
Phil. 31.

Operantẽ
à gratia
qualem
excludit
Paulus.
Gal. 5.

Tract. 29.
in Ioan.

Sed cur Origenem & Græcos Patres
 perbus Beza reprehendat, videamus. *(inquit)* hac disserat Apostolus, ut super
 gumenti consecutionem probet à contrarijs, quod
 dem imputare pro iustitia, & operum debitam
 cedem persolvere, pugnant ex diametro, *(instituit)*
 enim illa gratia est in Christo, ista vero meriti
 bis) Græci tamen scholasticæ putarunt fidei & op
 mercedem inter se comparari, quod illa multo
 plus premium habeat. Ita fit ut non modò ab
 scopo, sed etiam fidei merito arrogant quod
 Christi, & gratiam Dei funditus evertant.
 Beza. Sed ut in tota Apostolicæ disputati
 nis serie turpiter errat, sic oppositionem
 ab Apostolo factam penitus non intelligit
 aut, intellexit Beza, eam nulli hæc
 intellexerunt Patres, non solum Græci,
 nec Latin. ipsæque imprimis Augustinus,
 pro gratia Dei (quæ à Græcis funditus e
 mentiur Beza) maximè pugnavit.

Græci Pa-
 tres à Be-
 za iniuria
 reperi chēsi

Apostoli
 disputatio
 & argu-
 mentatio
 explicatur

Primum enim, quum Apostolus hoc
 pite 4. illud vnic. e agat, ut ex duabus qu
 stionibus initio 3. capituli propositi post
 rem dissolvat, videl. quæ utilitas esset circum
 nis: ideoque initio huius capituli Abraham
 exemplum proponat, ex omnibus mor
 bus primum circūcisum, ut in eo viro
 Dei amico, & certissimè iustificato, dis
 ciatur an ex circuncisione illam suam
 tiam & beatitudinem consecutus esse
 enim ob causam, explicata Abraham iustitiam
 beatitudinem

beatitudinem
 hæc in
 primò
 ex bono
 cunctis
 pe ap
 semper
 D. Ia
 operib
 opere
 quide
 autem
 probet
 tem v
 argum
 mento
 catus
 & sine
 apud
 autem
 ex fide
 iustitia
 fide co
 plicite
 stoli a
 & ante
 interp
 autem
 Es qui
 sine fi
 bitum,
 beati

beatitudine, infert Apostolus: *Beatitudo ergo
hæc in circumcisione tantum, an in præputio? &c.*)
primò docet, eum non ex operibus legis, aut
ex bonis operibus simpliciter & quomodo-
cunque acceptis, iustificatū fuisse (hoc quip-
pe apud homines fortè laudem haberet, sed non
semper apud Deum) sed ex fide, id est, ut cum
D. Iacobo & S. Augustino exposuimus, ex
operibus bonis in fide factis, ipsòque actu &
opere fidei. Hoc igitur quum dixisset, alio
quidem argumento à cōtrarijs disputat, non
autem quo consecutionem superioris argumenti
probat, ut affirmat Beza, sed quo anteceden-
tem vel maiorem propositionem superioris
argumenti confirmet. Superius enim argu-
mentum hoc erat: Si Abraham fuisset iustifi-
catus ex operibus bonis simpliciter acceptis,
& sine fide ac gratia Christi, habuisset laudē
apud homines, sed non apud Deum. Nunc
autem habuit laudem apud Deum, idque
ex fide (*credidit enim Deo, & reputatum est illi ad
iustitiam*) ergo Abrahæ opera bona erant cum
fide coniuncta, & non erant opera bona sim-
pliciter & quomodolibet accepta. Sic Apo-
stoli argumentum intellexit D. Augustinus,
& ante eum D. Iacobus locis à me citatis,
interpretes fide digniores quàm Beza. Hanc
autem maiorem propositionem sic probat:
*Ei qui operatur, id est, qui opera moraliter bona
sine fide præstat, imputatur merces secundum de-
bitum, non secundum gratiam. Non quia sic ope-*

rati merces semper debetur, sed quia sic
rans mercedem sibi deberi existimat, vel
mano more tali operanti merces debetur
sic talis operas laudem habet apud homi-
quidem, sed non apud Deum, qui non re-
nerat nisi credentes, & per gratia suz be-
ficiam bene operantes. *Ei vero qui non opo-*
id est ei qui bonis operibus moralibus ad-
carer, aut de eis non praesumit, credit tunc
eum qui iustificat impium, id est, credens
amando tendit in Deum iustificatorem,
putatur fides ad iustitiam: hoc est, in eo iusti-
causa fides est: quia ille non ex operibus
nis, quae aut nulla habet, aut non verborum
sed ex fide (non sola, sed vel bonis operibus
vel ut minimum dilectioni Dei, poenitentiae
& renovationi inchoatae coniuncta) iusti-
cat, ex impio iustus fit, Deoque reco-
liatur. Quare pugnat quidem ex diamo-
ex operibus sine fide mercedem debitam
poscere, & ex fide & gratia Christi sine pre-
cedentium operum merito iustificari. Ill-
enim humanam tantummodo iustitiam co-
stituit, & apud homines tantum laudem
bet, si tamen & illam promeretur: hoc est,
veram coram Deo iustificationem efficit,
ex impio iustum facit. Caterum non pugnat
haec duo quae Beza ponit: fidem impiorum
iustificat, & operum debitam mercedem perferat.
Non pugnat, inquam, in sensu Pauli, & ali-
rum Scripturarum, quae utrumque docet

Nam in prima ac principe iustificatione, qua ex impio homo fit iustus, Deoque peccator reconciliatur, *imputatur fides ad iustitiam* quatenus fides est vna necessaria virtus ad iustificationem seu illam seu aliam quamcunque, & absque illa nemo iustificatur, nec ipse Abraham iustificatus fuit. At verò in vita æternæ aut aliarum à Deo mercedum retributione, operibus illa persolvitur, & vt debita merces persolvitur; sed operibus verè bonis, & in fide factis, & gratiæ Dei beneficio præstitis; debita quoque non ex ipsorum operum substantia & nuda præstantia ac dignitate, sed ex superaddita illis dignitate, quatenus Spiritu gratiæ cooperante fiunt, & filiorum Dei opera sunt. *Sic vtraq; iustificatio ex gratia Dei est*, non altera tantum, vt Beza fingit. Posterior enim ethi *meriti sit in nobis*, vt ille ait, nō tamen meriti ex nobis, sed meriti ex gratia: ac per hoc & ex gratia fit quòd bona opera magis iustificanc, vitamque demum æternā promercentur. Optimè igitur non Græci scholiastæ tantum, sed & Latinorū decus S. Augustinus, rectissimèque iudicarunt, fidei & operū mercedem hoc loco à Paulo inter se comparari; & quòd illa multò amplius præmiū habeat; nempe laudè à Deo, verâque iustitiam; quo utroque opera sine fide carent, vt disertè in hunc locum docuit Chrysostomus. Ita fit vt non modo aberret à scopo Apostoli Beza (quòd ille Græcis impingit) sed etiam fidei merito deroget,

Fides quò modo imputatur ad iustitiam.

anigm
allufoq
in h
ad
ar
ar
ar

Tit. 1
3
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50

M 4 quæ

Gal. 6. quæ Christi in nobis opus est, & gratiam diffusam in nos abunde, ut simus noua creatura Christo, funditus euertat.

5. Qui iustificat impium.

A Nimaduertenda est hoc loco gloriolâ Bezana, qua totam suam suorum impietatem prodit. Sic enim hæc verba ponit: Qui iustificat impium, id est, qui cum in se est impius, facit iustum in Christo. Nullos pro iustis approbat Deus, nisi quos prius summè nō in ipsis, sed in Christo suo, imputata Christi iustitia iustificarit. Nec aliter hoc loco Calvinus: Clare desinit, non quatenus meritorius est fides, iustitiam nobis conferre, sed quatenus Dei gratiam nobis impetrat. Neque enim Deum ad pronuntiat datorē iustitiae, sed nos iniustitia donat, ut nostra inopia succurrat Dei liberabitur summa, nemo ad fidei iustitiam perueniet, nisi in se erit impius. Aliena iustitia ornat nos fides, quæ à Deo mendicat. Disertis verbis vterque fatetur sic impium fide iustificari, ut tamen in se sit impius; eosque pro iustis approbat qui non in ipsis (Deum enim datorem iustitiæ negat Calvinus) sed imputata Christi iustitia, & per fidem mendicata, iustificantur. Qua doctrina nihil magis impiū dici potest. Si enim homines per Christū iustificati, huc in sese sunt impij, nec nisi aliena iustitia ornantur; ergo nulla est in Christo noua creatura, nisi

Impios pro iustis apud Deū haberi, Calvinus ac Beza docent.

Gal. 6. 15.
Rom. 7. 6.

mo in nouitate spiritus ambulat, per obedientiam Christi

Christi nulli constituuntur iusti, in nullis regnat gratia per iustitiam, nemo mortuus est peccato, in nouitate vitæ nemo ambulat, vetus homo noster in nullo crucifixus est, in nullo destruitur corpus peccati, sed contrâ in omnibus à Christo iustificatis regnat adhuc peccatum in mortali eorū corpore, peccatū adhuc illis dominatur, nemo condelectatur legi Dei secundum interiorem hominem, denique gratia regenerationis & renouationis per Spiritū S. quem effudit in nos abunde nullam vitæ renouationem operata est; Christi sanguis non emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis; postremò, vt infinita alia prætermittā, frustra apparuit gratia Saluatoris nostri Dei, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, piè, & iuste viuamus in hoc seculo. Quid enim? An qui noua in Christo creatura est, id est, in quo fides per dilectionem operatur (hæc enim pro eodē Apostolus habet) adhuc in sese impius est? An qui abnegauit impietatem & secularia desideria, adhuc in sese impius est? An qui iustus constitutus est, adhuc in sese impius est? An cuius conscientia ab operibus mortuis emundata est, adhuc in sese suaq; conscientia impius est? An qui condelectatur legi Dei secundum interiorem hominem, adhuc carnalis & impius est? An denique in sese impius est qui ambulat secundum spiritum: aut in quo vetus homo crucifixus est, & in quo peccatū amplius non dominatur, sed regnat gratia per iustitiam? Ergo qui ambulat secundum carnem, & in quo regnat ac dominatur peccatū, qua

M s tandem

Rō. 5. 19.
Rō. 6. 4. 6.

Rom. 6.
12. & 14.
Rō. 7. 22.

Tit. 3. 5. 6.

1. Joā. 1. 7.

Tit. 2. 11.

tandem ex parte in seipso inferior aut de-
rior erit, quàm is qui ambulat secundu[m]
spiritum? An docent hæretici, Paulum,
ad Corinthios scriberet, in sese impium
se, sicut fornicariùs ille Corinthius prop-
vix turpitudinem impius erat? Hoc
fortasse dicere non verebuntur. Sed tam
tam impietatem, & contradictiones tam
nifellas, aures Christianæ ferre non po-
runt.

Impium
iustificari
quid.
Quid sit iustificari impium, doceat
potius S. Augustinus quàm impurus Bern-
vel impius Calvinus, qui, vt de suis turpi-
dinibus magis viuerent securi, homines
impios posse in Christo per fidem imaginaria
iustificari, sibi suauiter persuadere voluerunt.

Epist. 45. Misericordia & gratia Dei (ait August.) conueniunt
hominem vt iustificetur impius, id est, ex im-
pio fiat iustus. Ergo non manet in sese in iusto

Epist. 120
cap. 20. Rursum: Credens in eum qui iustificat impium
est, ex impio facit pius. Ergo in sese non manet

De gratia
& lib. arb.
cap. 6. impius. Adhuc alio in loco: Necessarium est
hominem, vt gratia Dei iustificetur impius, id est,
impio fiat iustus. Non ergo manet in sese in iusto

In præfat.
Psal. 31. stus. Si iustificatur impius, ex impio fit iustus.
Rursum in expositione quatuorundam proposi-
tionum in epist. ad Rom. hunc locum tra-

De Spir.
& lit. c. 9. ctans: Quod ait Apostolus, Qui iustificat impium,
hoc est, de impio iustum facit. Et alio in loco: Ius-
titia Dei est, non qua Deus iustus est, sed qua iustificat
hominem quem iustificat impium. Qui autem in-
dura

datus est iustitia, in sese impius non est, nec
 ab aliena sibi imputata, sed à sua iustitia sibi
 per Dei dona inhaerente, iustus denomina-
 tur & est. Adhuc semel: *Hæc est illa iustitia* ^{ibidem}
Dei, non quæ ipse iustus est, sed quæ nos ab eo facti. ^{cap. 18.}
 Et iterum in eodem libro aperit: *Quid est* ^{Cap. 26.}
aliud, iustificari, quam iusti facti ab illo qui iustificat
impium, ut ex impio fiat iustus? Ac demum in
 Retractationibus suis, ne hanc tam constan-
 tem & perpetuam suam doctrinam reuocasse
 videatur: *Gratia Dei iustificamur, id est, iusti ef-* ^{Lib. 2.}
ficimur. Imputatiuam hæreticorum iustitiam ^{cap. 21.}
 ignorauit Paulus, ignorauit Augustinus, ig-
 norauit hæcenus tota SS. Patrum & Dei
 Ecclesia. *Hominem ex sese impium pro iusto apud*
Deum haberi & approbati, nec ad iustitiam fidei
peruenire quæquam nisi qui in se sit impius, para-
doxum dementissimum est, Epicureis non
Christianis dignum. Impij quidem sunt om-
 nes ante fidei iustitiam acceptam, & ante-
 quam à Deo iustificentur: sed qui ad iusti-
 tiam fidei iam peruenit, eaque donatus est,
 non est in sese impius, sed iustus; non vetus
 homo, sed noua creatura; non aliena iustitia,
 sed sua à Deo accepta ornat: *in quo uidel. re-* ^{Rō. 5. 21.}
gnat gratia Christi per iustitiam, non regnat pec-
catum per iniustitiam.

6. Sicut & David dicit beatitudinem hominis. Deus accepto fert iustitiam sine operibus: 7. De quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. 8. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.

Visus est hic locus Calvino ad solius fidei iustitiam solidè confirmandam, & varia orthodoxæ fidei dogmata evertenda peridoneus. Totam eius disputationem subiiciam, quia in eanon solum sua placita stabilire, sed & quæ ab orthodoxis ex adverso proferri solent retundere modis omnibus contendit. Hinc (inquit) perspicimus, merum essetum cavillum, qui opera legis intra ceremonias limitat, quando nunc opera simpliciter & sine adiecto vocat, qua prius dicebat opera legis. Si nemo iustificari potest simplicem & non restrictam locutionem, quæ nunc occurrit, promiscuè de opere quolibet intelligendam, id perpetuo in tota disputatione valere debet. Nihil enim minus consentaneum, quam ceremoniarum solis vim iustificandi adimi, quum opera indefinitè Paulus excludat. Tota hæc fabula nihil ad rem facit. De operibus ceremonialibus Paulum hinc loqui nemo affirmat. Illa frustra insectatur Calvini impostura. Sed vaser hæreticus de operibus ante fidem, de operibus naturæ, de operibus impiorum qui necdum per fidem Deo reconciliati sunt, Paulum hinc loqui, non autem de operibus gratiæ, & post fidem, non observat, non attendit; illa hinc excludi non

Calvini
impostura

memo-

memorat. Agit hic ergo Apostolus de quolibet quidem opere, sed ante fidem Christi acceptam, & antequam impius iustificatur. Sententia Apostoli hæc est, ut eam S. Augustinus eruditè & orthodoxè exponit: Deus ac-
 cepto fert iustitiam sine operibus. Iustitiam quam fidei, quam bona opera non præcesserunt, quam bona opera consequuntur. Hæc August. Excludit ergo Apostolus nō solum ceremonialia opera, sed quælibet alia opera quæ fidem præcesserunt. Hoc Calvinus tacuit, hoc dissimulavit, de solis ceremonialibus inaniter garriens. Hæc eius prima fraus: videamus alia. Huc (inquit) accedit oppositum membrum, quod Deus homines iustificet peccatum non imputando. Quibus etiam verbis docetur, iustitiam Paulo nihil esse quam remissionem peccatorum. Hæc prima hæresis est quam ex hoc loco consequi Calvinus vult: In sola remissione peccatorum Christianam iustitiā consistere. At verò illud oppositum membrum, Deum homines iustificare peccatum non imputando, docet sanè, vnam primam iustificationis seu conciliationis cum Deo partem esse, quod Deus peccata non imputet, sed condonet: sed non docet, totam & integram iustitiam in sola remissione peccatorum consistere, ut infert Calvinus. Quæ de re paulò pōst plura dicemus.

Pergit Calvinus: Postremo, hanc quoque remissionem gratuitam esse, quia sine operibus imputatur: quod & Remissionis nomē indicat. Non enim remittit

In præfat. enarr. in Pial. 31.

gib. iust. ex ill. con. omni. 2. 5. in. et. hui. mod. lib. 1.

Peccatum non imputare, vna; pars iustificationis est non tota.

mittit creditor cui numeratū est, sed qui nomen ipse
 te inducit mera liber aitate. Eant nino qui delictum
 veniam satisfactionibus redimere docent, a qua Pa
 lus argumentum peto ad gratuitum iustitia dona
 asserendum. Secunda hæc hæresis est con
 pœnitentiæ necessitatem; quam ut his Pau
 verbis excludi doceat, valde fatagit Calu
 nus. Sino operibus impuratur iustitia (ait Calu
 nus) ergo sino omni satisfactione. Putidum ar
 gumentum est. Deus quando iustificat im
 pium, iustitiam illi confert, facitque ex im
 pio iustum, impertito illi dono fidei qui
 per charitatē operetur, nullo merito operum
 præcedentiū (sine operibus iustitia que secun
 dos) & remittit illi præterita peccata grati
 per Christum; ergo nec ad remissionem pec
 catorum consequendam, vlla prauia pœni
 tentia necessaria est, quæ peccatorem dispo
 nat (& falsa ac ridicula sunt illa in Scriptu
 ris omnia quæ peccatores ad pœnitentiam
 hortantur) nec post veniam impetratam ad
 pœnam temporalem peccatis debitam exco
 uendam vlla satisfactio subeunda est; & falsū
 est Scriptura que dicit, De proprio peccato
 esse secutus; ipseque David aut ineptē aut etiam
 contra gratuitam remissionem impiē fecit,
 qui post peccatum illi à Deo dimissam, la
 chrymis suis stratum suum rigauit, &c.

Pœnitentiæ
 necessitas
 à Caluino
 frustra ex
 cluditur.

Tit. 3.

Ecc. 5. 4.

psal 6. 7.

Declamat adhuc Calvinus, & hoc suffra
 gumentum magis premit. Quomodo (inquit)
 illis cum Paulo conueniet? Atque illi, operibus satis
 facien-

faciendum Dei iustitia, quo peccatorum veniam impetremus. Mentitur Calvinus. Operibus satisfaciendum Dei iustitiae docent Catholici, docent Scripturae, non ad veniam peccatorum impetranda, sed ad poenam peccatis iam remissis debita, Dei iustitia sic exigere, persolvendam. Aut poenitentiam cum satisfactione confundit Calvinus, quo doctrinam Catholicam studio calumniatur. Poenitentia remissionem peccati praecedit, disponendo peccatorem: satisfactio sequitur, expiando peccatorem.

Sed contra ratiocinatur Paulus (ait Calvinus) iustitiam fidei gratuita esse, ac sine operibus, quoniam a peccatorum remissione pendet. Nihil hic contrarium habetur. Iubilia fidei a remissione peccatorum pedet, quatenus ab illa incipit, ideoque merse gratuita est, & sine operibus quae remissionem peccatorum mereantur, sed non sine operibus quae ad eam disponant.

Rursum, gratuita est sine operibus satisfactorijs, quia illa remissionem consequuntur, nec ad peccati reatum tollendum, sed ad poenam exolvendam assumuntur. Imo (ait Calvinus) vitiosa esset ratiocinatio, si qua in remissione peccatorum opera intercederent. Ita sane si per modum meriti aut causae efficientis intercederent, quae gratuitum tollerent. Dispositio necessaria nihil gratuita remissionis imminuit, sed divinae bonitati in Scripturis reuelatae imprimis convenit; qui sic bonus est,

ut sic

Satisfactio quo sentio requiritur.

Iustitia fidei quatenus a peccatorum remissione pendet.

aliorum oculos fascinant, sibi que ipsis oculos claudunt, ne totam Evangelicam veritatem videant.

Pergit tamen adhuc Calvinus ex his verbis alia annotare. *Nec minus (inquit) iisdem Propheta verbis in prae Scholasticorum dissipantur de dimidia remissione. Culpa remissa poena retineri à Deo nugantur. Propheta autem clamat non recta modo peccata esse, hoc est, in conspectu Dei sublata, sed etiam addit non imputari. Quomodo conveniat Deum poenam eorum exposcere qua non imputet?*

Respondeo: Scholastici dimidiam remissionem peccatorum non docent, sed integram & plenam, quibus Deus peccata remittit. Quod autem dimissis à Deo peccatis poena interdum maneat exoluenda, non est dimissi peccati aliqua diminutio; quia poenam illud respicit, non culpam. Peccatum duo in se habet: unum, quod diuidit nos à Deo, facitque filios irae, quatenus affectus semper inordinatus est, & à Deo auersus: aliud quod meretur poenam, siue ipsius peccati reatus. Divisione illam, & auersionem tollit gratuita remissio, facitque filios Dei qui fuerunt filij irae. Poena nihilominus manere potest, quae ex sua natura malum non est, sed aequè cadit in bonos vel probationis vel meriti causa, quam cadit in malos iustitiae causa. Vnde & Redemptor noster, qui sine peccato fuit, poenas tamen peccatorum nostrorum sustinuit.

Remiss.
pecc. di-
midia à
Scholast.
non doce-
tur.

N

At (in

Pœnam
exposci
vbi pec-
catum nõ
imputa-
tur.

Hom. 21.
ex Hom.
50.

2. Cor. 5.

reconcilians
sibi, non
reputans
illis delicta
eorum

At (inquit Calvinus) quomodo conuenit De
pœnam eorum exposcere quæ non imputat? Qu
verò non possit Deus culpam non impu
per misericordiam, & pœnam exposcere
iustitiam. Appositè Augustinus: *Miseratio
Dei est, vt ignoscat peccanti: iustitia est, vt pun
peccatum.* Sanè ille beatus est, cui Dominus
non imputat peccata ad culpam, neque
pœnam æternam, condonando vtrumque
tamen si ea imputet ad pœnam aliquam ter
poralem. Deinde, *Deus erat in Christo mundum
reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum*
Deus propter Christum non imputauit pec
catoribus credentibus in Christum delicta
ipforum: pœnas tamen delictorum eorum
Christo poposcit. Ita cõuenit Deum pœnas
eorum exposcere quæ non imputat. Si Chri
sto potuit imputari pœna peccati, cui mi
lam potuit imputari peccatum; quanto magis
gis conciliatis cum Deo peccatoribus impo
tare peccatorum pœnam Deus potest, non
peccata non imputando! Iubet nos Christus
orare: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di
mittimus debitoribus nostris.* Atqui nos debita
ribus nostris legitimè dimittimus, si iniuriis
passi, offensionem quidem dimittimus, sed
satisfactionem tamè iniuriæ factæ expetimus,
neque ad remittendas iniuriæ illatæ pœnas
vel de iure debitas, vel ad proximi emenda
tionem vtilis, hoc præcepto cogimur, non
tantum ad offensionem omnè animo deponenda

dam,
de iur
formi
dimit
putat
& in g
pecca
quas v
vel ad
stram
mè co
& pœn
His
sunt in
quibus
delice
egeru
illis p
tates
quoru
(Cha
quib
Christi
pecca
D. H
ptisim
tur pe
re not
tione
dem
Subiu

dam, & ad legē charitatis seruandā. Alioquin de iure agere nulli Christiano liceret. Pariformiter ergo & Deus nobis misericorditer dimittit, & peccata misericorditer non imputat, remittēdo nobis offensam erga illum, & in gratiam nos suam recipiendo; tametsi peccatorum, quæ remissa sunt, pœnas aliquas vel iure diuino atque humano debitas, vel ad emendationem & expurgationem nostram vtilis, nobis infligat. Ita rursus optimè conuenit, Deum nō imputare peccatum, & pœnam tamen eius exposcere.

His accedit quòd beati illi sunt quorū remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, & quibus Dominus non imputauit peccatum, quia videlicet ita se gesserunt, talem pœnitentiam egerunt, vt remissa & tecta & non imputata illis peccata fuerint. Beati quorum iniquitates per humilem confessionē remissa sunt; quorum peccata per charitatem tecta sunt.

(Charitas enim operit multitudinem peccatorum) 1. Petr. 4.

quibus aut in Christo baptizatis, aut pro Christo martyrio affectis, ad pœnā amplius peccatum Deus non imputat. Sic hoc loco D. Hieronymus: Remittuntur peccata per bap-
In paruis
com.
 ptismum: teguntur per charitatem: non imputantur per martyrium. Sanè nō absque omni opere nostro hanc remissionem & non imputationem peccatorum fieri, quod apud Dauidem immediatè sequitur, perspicuè ostēdit.

Subiungit enim: Nec est in spiritu eius dolus: id

N 2 est, vt

In Psal.
31.

est, vt exponit hoc loco Augustinus, *Qui
militet & verè confiterur peccata sua.* Confite-
ribus igitur & pœnitentibus remittit Deus
peccata, tegit illa, non imputat illa. Scilicet
quia confessio & pœnitentia nō sunt remissionis
merita, aut causæ efficientes, & Deus
ex pura misericordia illa remittit, propter
hîc dicitur; beatos illos esse, quibus Deus
accepto fert iustitiã sine operibus: nempe
stittiam fidei (ait B. Augustinus) *quam bona opera*
non præcesserunt, quam bona opera consequuntur.

Præfat. in
Psal. 31.

Quibus ita explicatis, Caluini triumphus,
quem ante victoriam cecinit, in la-
ctum illi & dedecus conuersus est. Sic enim
post disputationem præcedentem, veluti
preclarè re gesta, concludit: *Manet ergo salua*
nobis pulcherrima sententia, iustificari fide, non
gratuita peccatorum remissione purgatus sit. At
qui ex his, quæ dicta sunt, liquidò constat
non manere saluam, sed penitus concideri
nouellam hanc & perniciosam sententiam,
quod iustificatio ex fide seu iustitia fidei
sola gratuita peccatorum remissione consti-
tat: illam videlicet ita præcisè accipientes
sicut in præcedentibus accepit Caluinus.

Pergit nunc ad alia sua placita Caluini
ex his Apostoli verbis stabilienda. Præterea
(inquit) *hinc gratuita iustitia perpetua in tota*
vitam duratio colligi potest. Nō satis est Caluini
primam hominis iustificationem seu recon-
ciliationem cum Deo ita ex sola fide gratuitam
constituisse.

constituere, vt nec ad illam pœnitentia disponat, nec in illa vlla mentis renouatio fiat, nec post illâ vlla satisfactio locû habeat, sed sola fides ex parte nostra omnia suppleat. Vult præterea in toto cursu iustitiæ Christianæ solam quoque fidem omnia præstare; & hanc Dauidis sententiâ à Paulo prolatam, non ad impij tantum iustificationem, sed ad totius quoque vitæ iustitiam pertinere; id est, hominis Christiani iustitiâ hanc esse, vt semper in sese impius, impurus, immundus, sceleratus, abominabilis, accepta per fidem gratuita semper remissione, tectis semper peccatis, & non imputatis, hoc demû modo corâ Deo iustus sit. Sed hoc paradoxû impiû & detestabile quomodo probet videamus. Nam (inquit) cû Dauid diuturno conscientie sue cruciatu fatigatus in hâc vocē erumpat, de experientia certè sua loquitur. Atqui iâ per annos cõplures Deum coluerat. Ergo post magnos progressus tandē expertus miserus esse omnes qui ad Dei tribunal vocâtur, non aliâ obrinendæ beatitudinis viam esse clamat, quam si Dominus nos in gratiâ recipiat, peccata non imputando. Ita probe refellitur eorû commentum, qui fidei iustitiam non nisi initialem esse nugantur, vt deinde fideles operibus possessionem iustitiæ retineant, quam nullis meritis adepti sunt. Vide impuri hæretici commentum impurissimum, & malæ mentis animum malum. Fingit homo ipse impurus Dauidem tota vita impurum, & diuturno conscientie sue cruciatu fatigatum, in sola

Impietatē
perpetuâ
cum re-
missi. per-
petua do-
cet Calui-
nus.

Caluini
doctrina
execrabi-
lis.

N 3 remis-

remissione peccatorum beatitudinem con-
nem ponere. Addit tamen quòd per annos con-
plures Deum coluerat. Sed quid? An Deus
litur per continua scelera & flagitia? In
diuturno conscientia cruciatu alij fatigantur,
homines scelerati & flagitiosi, qui carnis
nam illam inuiti & necessario patiuntur
iuxta illas Scripturas, *Non est pax impijs
viam pacis non cognouerunt: & iterum, Cor
quasi mare feruens: multaque huiusmodi.*
de sapienter S. Augustinus: *Iussisti Domine
ita est: vt omnis animus inordinatus ipse sibi pas-
sit.* Aut ergo Deus per flagitia colitur, aut
coluit Deum Dauid per còplures annos, fa-
sum est, quòd post magnos progressus in cultu
Dei, diuturno conscientia sua cruciatu fatiga-
fuerit. Deinde, quid magis impium dici po-
ruit, quàm quòd Dauid post magnos progre-
sus in cultu Dei per complures annos continua-
tandem expertus est miseros esse omnes qui ad tribu-
nal Dei vocantur? Quæ vox magis impia ma-
gisue Satanica efferri potuit? An non hæc
impia & Satanica doctrina omnem progres-
sum in Dei cultu demeritæ & stultitiæ condē-
An non omnes illas Scripturas ludibrio re-
ponit, quæ iubent *ambulare in vijs Domini, &
custodire iustificationes eius* (quod nemo acris-
conatus videtur quàm ipse Dauid, vt totus
Psalmus 118 abude testatur) quæ iubent
*rendere vt intremus per angustam portam, quæ
bent spiritum facti carnis mortificare, & ser-
uare*

Esai. 48.
Psal. 13.
Esai. 57.
Confess.
lib. 1.
cap. 12.

Matth. 7.
Rom 8.7.
Luc. 1.

Domini
diebus
omne
plenu
(in
den
tribu
hom
Mise
pieta
tate
Ergo
repre
fund
festan
prou
seri
sum
feru
cultu
quon
illi
dice
gnu
Esai
Mil
Dei
rati
fide
te co
san

Domino in sanctitate & iustitia corā ipso omnibus
 diebus vita nostra. Omnē enim hunc conatū,
 omnem progressum, miserum & dementiæ
 plenum Calvinus pronuntiat. Post magnos <sup>Calvinia-
na impie-
tas epicu-
rea,</sup>
 (inquit) progressus in cultu Dei expertus tan-
 dem est David miseros esse eos omnes qui ad Dei
 tribunal vocantur. Quid tu narras, portentū
 hominis in vltimas terras deportandum?
 Miseri omnes illi sunt, qui post magnos in
 pietate progressus (nisi fortē cultū Dei pie-
 tatem esse neges) ad tribunal Dei vocantur.
 Ergo hædos cum ouibus, lupos cum agnis,
 reprobos cum electis, homo impie, con- <sup>2. Cor. 5.
10.</sup>
 fundis? Dixit Paulus: Oportet nos omnes mani-
 festari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq;
 prout gessit in corpore, siue bonum siue malum. Mi-
 seri ergo, iuxta Calvinum, erunt in vniuer-
 sum omnes, tam qui bonum in corpore gess-
 erunt, quā qui malum. Nam post magnos in
 cultu Dei progressus, miseros tamen omnes esse ait,
 quem ad Dei tribunal vocantur. Ergo & miseri
 illi erunt, quibus ad tribunal Dei stantibus
 dicetur, Venite benedicti Patris mei, percipite re- ^{Matt. 25.}
 gnum quod paratum est vobis à constitutione mundi:
 Esurui enim, & dedistis mihi manducare, &c.
 Miseri quoque illierunt, quibus ad tribunal
 Dei vocatis, Deo videlicet cum seruis suis
 rationem ponente, dicetur, Enge serue bone & ^{ibidem.}
 fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa
 te constituam: intra in gaudium Domini tui. Iste
 sanè seruus bonus & fidelis magnos in Dei
 cultu

A& 13.
21.

cultu progressus fecerat. Sed an tandem per illos progressus vocatus ad tribunal Dei miserum se esse expertus est? Et quis magis feruus bonus & fidelis quam Propheta Dauid, cui hoc testimonium Deus ipse perhibet? Inueni Dauid virum secundum cor meum, & faciat omnes voluntates meas. Taménne Dauid diuturno conscientie sue cruciatu fatigatus, qui per annos complures Deum coluerat, expertus tandem est miserus eos omnes esse (& seipsum in primis) qui ad tribunal Dei vocantur? Ecce Iudas ipse, ad cuius tribunal vocatus est, promittit eum non miserum sed beatum esse: nisi forte beatus non est, qui vir secundum cor Dei est, & maior aliqua vel beatitudo vel iustitia esse possit, quam ita Deo acceptum esse, ut secundum cor Dei ab ipso met Deo prædicetur. Postremò, Paulus ipse cum iam per complures annos Deum coluerat, & magnos progressus fecerat, videns se vocari ad tribunal Dei, & dicens

3. Tim. 4. Tempus resolutionis meae instat, an tunc miserum se esse sensit? aut diuturno conscientie sue cruciatu fatigatus, non aliam obtinende beatitudinis viam expectauit, quam ut peccata ei non imputarentur. Audiamus igitur vocem eius. Bonum, inquit, certamen certavi, fidem seruavi, cursum consummaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi in illa die iustus Iudex. Hæc enim vox hominis miseri est, non aliam obtinendæ beatitudinis viam expectantis quam ut non illi imputentur peccata. Siccine sane

Etos omnes Prophetas & Apostolos post multorum annorum in pietate progressus, conscientia suæ cruciatu fatigatos, in sola peccatorum nō imputatione miseros ac miserabiles Calvinus relinquit? Sed hæc est Theologiæ Calvinianæ summa & detestabilis impietas. His ille impijs & sceleratis axiomatibus suis solam fidē iustificantē probare, eosque refellere se posse putat, *qui fidei iustitiā non nisi fidem per dilectionem operantē esse rectissime docent.* An non Paulus hoc ipsum docuit dicens? *Manent ergo tria hæc, fides, spes, charitas, maior autem horum est charitas.* Si maior charitas, ergo minor est fides. Et quomodo hæc minor, & illa maior, nisi quia a fide inchoatur iustitia, in charitate perficitur? *Finis enim præcepti dilectio de corde puro, &c. sicut finis legis Christus, quia videlicet charitate lex perficitur: vel, ut Apostolus loquitur, plenitudo legis dilectio, sicut Christi gratia legem implet.* hæc in cordibus nostris diffusa charitate qua lex impleatur. Quod totum optimè intelligens August. ita scribit: *Incipit esse in fide per indulgentiam. Iam fides illa, assumpta spe & dilectione, incipit bene operari.*

1. Cor. 12.

Rom. 13.

Rom. 10.

Rom. 13.

Ad verba Davidis quod attinet, certū est in eius persona dici, qui in aliquo gravi scelere, aut in multis sceleribus Dei misericordiam expertus, suam & aliorum felicitatem prædicat, quibus talem misericordiam Deus præstitit. Titulus Psalmi est, *Ipsi David intel-*

N 5 lectus.

lectus: id est, Psalmus qui docet quomodo
 ipse David suum peccatū intellexerit, ag-
 uerit, deploraūerit. Prædicat igitur David
 sua persona eorum felicitatem, qui ex gra-
 bus flagitijs emerſi veniam à Deo impetra-
 runt. Quæ felicitas vt non niſi ſecundum
 eſt, (quum prima felicitas ſit, illa venia
 indigere, ſeruata innocetia) ita nec tota pe-
 catoris recõciliati beatitudo eſt, ſed partia
 & initialis tantum. Quare pro eo tempo-
 accipi debet, quo de peccatis ſuis in Scrip-
 ra commemoratis venia accepta, Deo gra-
 tias agit, illoſque ex parte beatos ac felices
 prædicat, qui ſingulari Dei miſericordia in-
 gnorum ſclerum veniam impetrarunt, non
 autem pro toto illo tempore quo per con-
 plures annos, adeoque in reliquo toto
 ſuæ curſu (vt apparet) Deum ſincerè col-
 rat, *faciens omnes voluntates Dei*, ideoque pro-
 nunciatus *vir ſecundum cor Dei*. Ita hic loco
 nihil minùs docet, quàm in ſola hac remiſ-
 ſione peccatorum totam & perpetuam ho-
 minis Chriſtiani iuſtitiam conſiltere. Et
 quidem aliqua perpetua peccatorum remiſ-
 ſio homini etiam iuſto neceſſaria, vnde om-
 nes clamant, *Dimitte nobis debita noſtra*, ſed illa
 alterius generis eſt, & non niſi leuium delictorum,
 quæ à Deo hominem non ſeparant,
 venia ac remiſſio eſt: quod alio in loco latius
 explicatum dedimus.

De Inſi-
 ficat. lib.
 12.

Quia facilè vidit Calvinus quid contineret
 hanc

hanc scdam diuinæ Scripturæ deprauationem obijci possit ac soleat, illud totum studiose amoliri conatur, vt solius remissionis peccatorum iustitiâ, in peccati fauorẽ, homo impius modis omnibus constabiliret. Ac primum aduertebat, beatitudinem non secus operib⁹ bonis ab ipso Dauide & in alijs Scripturis attribui quàm remissioni peccatorũ: vnde necessariò consequitur, beatitudinem remissioni peccatorũ attributã non nisi partialẽ & ex parte esse, aliaq; adhuc in Scripturis cõmendari quæ beatos & iustos mortales faciant, nõ secus quàm gratuita peccatorum remissio: similiter bona opera in iustitiã reputari nõ secus quàm fidẽ. His ergo omnibus occurrere volẽs, ita præcedẽtib⁹ subiungit:

Quod autem opera interdum in iustitiã imputari, & alia quoque beatitudines recensentur, nihil de Pauli sententia detrahit. Refert Psalmus imputatum esse Phinees sacerdoti Domini in iustitiã, quod sumpto de scortatore & meretrice supplicio vindicauit opprobrium Israelis. Nempe hominẽ audimus facinus iustum edidisse, sed vno facto personam non iustificari scimus. Ergo iuxta Caluinum mentitur Scriptura, quæ hoc vno facto eum iustificari scripsit; ait enim: Reputatum est ei in iustitiã à generatione in generationem. Sic ergo contra Caluinum arguo: Aut reputari in iustitiã significat iustificatum esse, & sic Phinees, cui hoc factum reputatũ fuit in iustitiã, ex illo facto iustificatus est; aut non significat iusti-

Vnum
opus po-
teit iusti-
ficare.

iustificatum esse, & sic Abraham, cui fides
putata est ad iustitiam, ex illa fide non iustificatus
est. Quod Phinees ex zelo legis Dei adu-
rantem cum Madianitide interfecit, vni-
fuit & singulare factum: quod Abraham
promittenti Deo feminis sui multiplican-
dem credidit, vnus fuit & singularis
actus. Vterque actus reputatus fuit in ius-
titiam. Ergo aut vterque actus iustificandi
neuter. Sed probare contendit Caluinus
vno facto personam iustificari non posse.
Quiritur enim perfecta & numeris suis omnia
consummata obedientia, vt sonat promissio,
fecerit hac, viuet in ipsis. Respondeo: Requiritur
etiam perfecta & numeris suis omnia
consummata fides, qualis Pauli erat, credens
in omnibus qua in lege & Prophetis scripta sunt.
Et quemadmodum omnia facienda sunt, quae
Deus iubet, sic omnia credenda sunt, quae
Deus loquitur. Nihilominus sicut actus
dei in eo quod creditur exercetur, & quod
iubet actus fidei in iustitiam reputatur, in-
secus quam fides Abraham, sic bonum opus
qualibet virtute exercetur, & quodlibet
num opus in iustitiam reputatur, non secus
quam zelus Phinees. Sed quemadmodum
ratione obiecti quod creditur, excellentius
interdum fidei actus est, & in maiorem ius-
titiam reputatur; sic ratione obiecti, cuius
quod actus virtutis versatur, opus bonum
excellentius interdum producitur, & in maiorem
iustitiam

forem similiter iustitiam reputatur. Denique sicut qui vñ fidei obiectū credit, ideo ex illa fide iustificatur, quia paratus est omnia credere quæ promittit Deus, tametsi de facto omnia non credat, quia omnia non audiuit aut didicit, sic ex vno bono opere homo iustificatur, quia affectum habet omnia præstandi, tametsi de facto omnia non præstet; quia aut occasio aut facultas omnia præstandi nõ datur. Et hanc ob causam, tã vni bono operi quã vni actui fidei Paulus in vna & eadem sententia salutem tribuit. *Si confitearis* Rom. 10.
(inquit) in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus eũ suscitauit à mortuis, saluus eris. Oris confessio vnus actus externus est, circa vnum Christi præceptum. Credere Christum à mortuis resurrexisse, vnus fidei actus circa vnum fidei obiectū est. Scriptura igitur nõ solùm totius legis, sed etiam cuiuslibet præcepti obseruationi salutem promittit, & iustitiam attribuit. Ratio est, quia nemo vnum Dei præceptū vt oportet præstat, qui non totam legem animo & affectu obseruat. Nam & nemo est qui aliquod fidei obiectum vt oportet credit, qui non omnibus fidei obiectis animo & affectu assentiatur. Postremò, vtraque Scriptura est vera, tam illa quæ vnus præcepti obseruationi salutem promittit, aut iustitiam tribuit, quã illa quæ totius legis executioni eandem addidit. Non est vna neganda propter

pter alteram, sicut hic facit Caluinus.

Ne tamen negare videatur alteram, quod eius instituto aduersatur, eam glossare con-
tendit, quia & hoc sibi necessarium videbitur.
Ait igitur: Quomodo ergo imputatur illi hæc in
iustitiam? Certè iustificatum prius gratuita
gratia oportuit. Qui enim iam Christi iustitia
induti, ij non sibi modò propitium habent Deum,
operibus quoque suis, quorum macula & nani Chris-
ti puritate obteguntur, ne in rationem veniant, ut
nullis sordibus infecta opera iusta reputantur. Non
aliter quàm huiusmodi indulgentia placere Deo con-
libet humanum opus palàm est. Quòd si fides iustitia
vnica causa est, cur iusta opera habeantur, non
quàm insulse arguant, quia iustitia operibus re-
buatur, non solam esse fidei iustitiã. Ego autem
inuietum argumentum oppono contrà, iniustitia dem-
natur. Hæc ille. Atqui tota hæc Caluini euasiva
tam longè petita nihil eum iuuabit. Teo-
eius speculatio & inuietum quod vocat argu-
mentum in fumos statim euanesceat. Summa
speculationis eius est, Phinees fuisse prius
hominem Dei gratia iustificatum; quod
facile concedo: iustificatus autem quum es-
set, id est, in sensu Caluini, Christi iustitia
indutus, hanc Christi iustitiã eius operibus
alioqui maculosis & immundis nitorem &
puritatem attulisse, ut sic nullis sordibus in-
fecta, iusta reputarentur. Sed hoc totum Calu-
uino negamus. Neque ille vel minimo ver-
bulo

Caluini
inuietum
argumen-
tum in fu-
mos eua-
nesceat.

bulo paradoxum hoc ex Lutheri dictatis pe-
 titum, planéque absurdissimū, probat. Pri-
 mum, iustificari in Christo, negamus idem
 esse, quod, Christi iustitia indutū esse: *Christi*
iustitia solus ipse Christus indutus est.
 Christus nos iustificat, non iustitia qua ipse
 iustus est, sed qua nos induit. *fide purificans cor-*
da nostra, & charitate diffusa in cordibus nostris per
Spiritum S. qui datus est nobis. Christū quidem
 in baptismo induimus, vt Paulus docet, nō eius
 iustitia vestiti, sed eius gratia donari, vt facti
 noua creatura moriamur peccato, & viuamus iu-
 stitia. Quare hoc figmentum Calvinianum,
 vt doctrinam ac traditionem humanā, quam
 nulla Scriptura docet, penitus reijcimus, &
 propriam in vnoquoque iusticiam, propriam
 fidem, spem, charitatem, aliāque Dei dona
 iuxta Scripturas agnoscimus. Rursus quod
 operum bonorum immunditiam ac sordes
 Christi iustitia tegat, vt alterum simile fig-
 mentum, sola Caluini assertione firmatum,
 similiter reijcimus. Imperfectio varia, qua
 opera iustorum laborant, non Christi iustitia
 tegitur, sed Christi misericordia ignoscitur.

Iam verò quod ex his infert Caluinus, si-
 dei iusticiam vnicam esse causam cur iusta
 opera haberentur, multò adhuc dementiùs
 dicitur. Non sola fides, sed charitas quoque
 causa est cur opera iusta habeantur. Nec sola
 fides, nec sola charitas, sed vtraque coniun-
 cta. Nulla placent Deo opera sine fide, nul-
 la item

*Iustificari
 in Christo
 non est
 Christi iu-
 stitia in-
 dui.*
Act. 15.
Rom. 5.

Gal 4.

Gal 6.
Rom. 6.

*Fides non
 est sola
 causa ope-
 rum iu-
 storum.*

la item quæ non ex charitatis radice
lant. Factum hoc Phinees si non ex pio
& charitate erga Deum, sed ex amaro zelo
vel ex odio proximi, vel ex vana gloria
alio quouis malo affectu profectum fuit
non in iustitiam, sed in graue peccatum
putatum fuisse. Scrutemur Scripturas

Phinees
iustitia ex
charitatis
radice Ô-
ta cît.

Num. 25.
11.

videamus an hoc factum Phinees prop-
vnicâ fidei iustitiam reputatum fuerit in
stittiam, vt affirmat Calvinus, an potius pro-
ter ipsam charitatem & zelum honoris De-
Sic de eo legimus quum iam recenter pater

tum fuisse. Dixit ad Moysen Deus: Phinees
auertit iram meam à filijs Israel, quia zelo meo
motus est contra eos, vt non delerem filios Israel
zelo meo. Laudatur in eo zelus Dei, vti
& radix facti. Sic de eo scribit Ecclesiasticus:

Eccel. 45.
28.

Phinees tertius in gloria est, imitando Aar-
in timore Domini. In bonitate & alacritate
sua placuit Deo Israel. Sic de eo loquitur Ma-

1 Mach.
2. 54.

thathias Machabæorum pater: Phinees pater
noster, zelandi zelum Dei, accepit testamentum
sacerdotij æterni. Addit denique Psalmista

Psal. 105.

quod reputatum fuit ei in iustitiam in generatione
& generationem. Non ergo fidei iustitia vni-
causa fuit cur hoc factum Phinees iustum
haberetur, sed zelus ex amore Dei & populi

Eccel. 45.

sui profectus (vnde dixit Ecclesiasticus:
Sicut in reuerentia genis sua) proxima & prae-
cipua causa erat, cur hoc opus reputatum fue-
ritei in iustitiam. Inuictum Caluini argu-
mentum

mentum deuietum & deiectum iacet, quo
 sic triumphabundus arguit, *iniustitia damna-
 tum iri opera omnia, nisi sola fide homo iustificetur.*
 Phinees non sola fide, sed hoc eius zeloso
 opere iustificatus est, quia hoc illi opus (non
 sola fides) ad iustitiam reputatum est.

Sed nunc ego contra Caluinistas omnes
 hoc (nisi fallor) inuictum argumentum pro-
 pono, *iniustitia damnatum iri opera omnia, si sola
 fide nitantur, si sola charitas absit.* Apostoli
 enim irrefragabilis sententia est: *Si distribuero* 1. Cor. 13.
*in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tra-
 didero corpus meum ut ardeam (quorum illud in
 in Confessoribus, hoc in Martyribus præci-
 puum quoddam opus est) charitatem autem non
 habuero, nihil mihi prodest. Sed nunc reliqua Cal-
 uini audiamus:*

Simile est de beatitudine. Pronuntiant beati qui
 eimant Dominum, qui ambulant in vjs eius, qui me-
 ditantur in eius legem die ac nocte. Sed quia nemo
 id præstat qua decet perfectione, ut Dei mandato ad
 plenum respondeat; irrita sunt omnes eiusmodi be-
 nedictiones, donec purificati ac mundati peccatorum
 remissione, beati reddimur: atque ita quidem, ut ca-
 paces siamus eius beatitudinis, quam Dominus ob
 studium legis ac bona opera seruis suis pollicetur. Erga
 & operum iustitia, effectus est iustitia fidei; & bea-
 titudo ex operibus, effectus beatitudinis quæ sita est
 in peccatorum remissione. Si causa destrui ab effectu
 suo nec debet nec potest, importune facturi sint, si quis
 studeant fidei iustitiam per opera subuertere. Hæc
 ille,

O

Calvinus
lectores
iudicat.
Operum
iustitia
fidei iu-
sticia non
subvertit.

ille, nihil quam simplicem lectorem iudicans, & pertinaciam hereticis propriam in ipso comonstrans. Non enim qui iuxta Scripturas manifestissimas atque creberrimas bonis operibus, Dei cultu, mandatorum observatione, beatitudinem atque iustitiam promittunt, fidei iustitiam per opera subvertunt, sed tam bonorum operum iustitiam quam fidei iustitiam in Scripturis doceri affirmant. Non una alteram destruit, sed iuxta Scripturas utraque vera est, & altera alteram confirmat. Nam & *fides ex operibus consummatur* (ait Iacobus) itemque *per charitatem operatur* (ait Paulus) & *opera sine fide placere Deo non possunt.*

Iac. 2.
Gal. 5.
Heb. 11.

Operum
iustitia
non est
effectus
iustitiae
fidei.

Neque verò operum iustitia effectus iustitiae fidei, sed cum illa coniuncta, & utraque ad iustificationem concurrunt. Nam ut secus *fides sine operibus inanis ac mortua est*, quae opera sine fide sterilia & coram Deo inutilia sunt. Antecedit sanè remissio peccatorum per fidem omnem operum iustitiam (quia conciliari Deo per Christum oportet, cuius opera beatum ac iustum operantem efficiunt) sed ut prima quaedam iustificationis cundam, ut principium antecedit progressum & incrementum, non ut causa effectum. Remissio peccatorum, respectu consequentis iustitiae operum, est causa sine qua non, tenuissima maximèque impropria (sicut privatio tenebrarum est causa lucis succedentis).

sed m
store
ficien
dem
per f
gis ch
non c
fide :
vna r
& ma
omni
actiu
Fides
quid
feri;
tur. C
ardet
ei De
vt pro
delecti
Sic o
ipsa c
Spiri
sensu
cator
polit
nesci
beati
Nō e
aut b
Dei c

sed non est causa efficiens: in quo fallit le-
 storem Calvinus. Iustitiæ operum causa ef-
 ficiens per modum radicis & principij, est qui-
 dem fides (non ipsa remissio peccatorum
 per fidem) est quoque charitas; & sanè ma-
 gis charitas: quia *fides per charitatem operatur*, Gal. 5.
 non charitas per fidem, sed in fide, aut cum
 fide: ideoque omnium bonorum operum
 vna radix est fides, alia charitas, sed proxima
 & magis actiua ipsa charitas, quæ propterea
 omnium virtutum forma est, & principium
 actiuum. *Fortis vt mors dilectio*, ait Scriptura. Cant. 8. 6.
 Fides sanè dicit, Oportet sic fieri; quia videt
 quid sit agendum. Spes dicit, Expedi sic
 fieri; quia videt quale præmium proponi-
 tur. Charitas autem dicit, Volo facere; quia
 ardet amore, *condelectatur legi*, & suauia iam Rom. 7.
 ei Dei mandata sunt, *onus leue, & iugum suauis*; Matt. 23.
 vt propterea Apostolus dixerit, *Plenitudo legis* Rom. 13.
dilectio: &, Qui diligit proximum, legem impleuit.
 Sic omnis iustitiæ operum causa efficiens est
 ipsa charitas; sed *dissusa in cordibus nostris per* Rom. 8.
Spiritum S. qui datus est nobis. Iustitia fidei in
 sensu Caluini, id est, gratuita remissio pec-
 catorum, præcedit vt necessaria subiecti dis-
 positio: & vt ipsemet Calvinus loquitur,
nesciens quid dicat, facit vt capaces fiamus eius
beatitudinis, quã Dominus bonis operibus pollicetur.
 Nõ enim bona opera corã Deo bona essent;
 aut beatum ac iustum facerent, nisi filiorum
 Dei opera essent, & conciliatio cū Deo præ-

2. Petr. 2.

cessisset. Manet tamen remissio peccatorum facta frequenter sterilis, & nullā operum iustitiam producit: quia *accepto sancto merito conuertuntur retrorsum, & sicut canes reuertuntur ad vomitum.* Manet ergo firmum, esse quādam beatitudinem & iustitiam operum, in Scripturis non secus beatos dici atque eos qui *ambulant in via Domini*, quā quibus *missa sunt iniquitates.* Distinctæ sunt istæ beatitudines. Hæc initialis tantum; illa perfecta & formalis. Hæc nos Deo conciliat, & impedimenta iustitiæ tollit; illa nos coram Deo gratos & iustos constituit. Hæc denique laceras aufert; illa ornat, & coronam iustitiæ iusto Iudice accipit. Sed hæc confundit Calvinus; confundunt & alij hodie hæretici siue ex ignorantia, siue ex malitia, ipsi uiderint.

Calvinus tandem uolens hoc loco omnibus modis lectori suo satisfacere, & hæc pulcherrimam (ut uocat) sententiam de beatitudine ac iustitia nostra in sola remissione peccatorum posita firmam atque immotam relinquare, vnam adhuc sibi difficultatē proponit, & eam remouere cōtendit. *Sed cur liceat (dicit quispiam) testimonijs illis contendere, quibus hominem iustificari ac beatum reddi? Verum enim Scripturæ non magis sonant fide iustificari hominem, & Dei misericordia beatum esse, quā operibus.* Bona hæc est & necessaria difficultas, sed eò adhuc maior erit, si addamus, Scripturam

peccatas multo frequentius multoque apertius
 sonare, ex bonis operibus beatos nos reddi,
 quam ex remissione peccatorum. Nam ad
 misericordiam Dei quod attinet, elucet illa
 non secus in bonis operibus quam in fide, non
 secus in iustitia operum quam in iustitia fidei
 siue ex fide; quum vtraque Dei dona sint, &
 ex Dei gratia ortum suum habeant. Sed ad
 remissionem peccatorum quod attinet, hic
 ferè vnicus apud Dauidem locus est, qui bea-
 titudinem in ea ponat. In iustitia verò ope-
 rum, in meditatione ac executione legis di-
 uine, in custodiendis mandatis Dei, & iusti-
 ficationibus eius, in timore Domini, beati-
 tudinem poni, in vno Psalmo 118. plusquam
 centies Dauid affirmat: in alijs quoque Psal-
 mis permultis idem repetit sexcētis penè in
 locis. Sed & Christus Dominus in prima illa
 sua diuinissima & prolixa concione, quum
 varias beatitudines recenseat, omnes ad bo-
 norum operum iustitiam pertinent, ad re-
 missionem peccatorum nulla. Meritò igitur
 hunc scrupum proponit Calvinus, cur tot
 & tantis testimonijs diuinarum Scriptura-
 rum non liceat contendere, ex bonis operi-
 bus hominem iustificari ac beatum reddi. Vi-
 deamus nunc quomodo hunc scrupum exi-
 mat, & difficultatem soluat. *Nempe (inquit)*
*consideranda hic est tam series causarum, quam gra-
 tia Dei dispensatio. Quia enim locum non habet*
*quicquid pronuntiat de opere: um vel iustitia vel bea-
 titudine,*

Miseri-
cordia
Dei non
secus in
operibus
quam in
fide.

Matt. 5.
& 6.

O 3. titudine,

titudine, nisi vnica hac fidei iustitia precesserit, &
 sola partes omnes impleat, hanc erigi ac stabili
 oportet, vt illa tanquam fructus ex arbore inde na
 catur & emergat. Hæc solutio ac responsio
 nihil in effectu nouum adfert, nihil nisi quod
 iam à Caluino dictum ac à nobis refutatum
 est. Grauius quidem prædicat, *considerandum*
 esse *seriem causarum, & gratia Dei dispensationem*
 sed de gratia Dei dispensatione ne verbum
 quidem subiungit. Illa quippe consideratur
 iustitiam bonorum operum, quæ ex vberissima
 gratia Dei dispensatione nascuntur, vel ma
 ximè commendat, confirmat & stabilit. De
 serie causarum nihil aliud dicit quàm quod
 iam dixerat, operum iustitiam sine fidei ius
 titia locum habere non posse: quod quod
 sensu & quatenus verum sit, iam explicatum
 dedimus. Nam quod hic de nouo addit, *remis*
sionem fidei solam, id est, solam remissionem
 peccatorum (quod ille vocabulum studè
 declinat, & iustitiam fidei, quæ multò latius
 patet, eius loco vafre supponit) *partes omnes*
implere, ab eo audacter dicitur, sed ab eo
 verbo non probatur, quia nullo modo pro
 bari posse facile aduertebat. Si sola remissio
 peccatorum omnes beatitudinis ac iustitiae
 partes implet, ergo nullam beatitudinis par
 tem bona opera implent. Si nullam, ergo
 falsa sunt illa testimonia omnia, quæ bonis
 operibus beatitudinem tribuunt. Imò (ait Cal
 uinus) *erigenda ac stabilienda est hæc beatitudo*
remissionem

Caluini
 hypocrisis
 & impo
 stura.

112

Remissio
 pecc. sola
 non bea
 tificat.

112

remissionis peccatorum, quia ex hac nascitur altera
 beatitudo sicut fructus ex arbore. Quæ eius con-
 clusio duplici vanitate laborat. Vanū est &
 falsum, ex remissione peccatorum veluti ex
 arbore nasci beatitudinē bonorum operum.
 Ex privatione quid nasci potest? aut pura ne-
 gatio quid tandē ponit? Arbor bonorum
 operum, & beatitudinis atque iustitię eorum
 (vt in præcedentibus ostensum est) nec re-
 missio peccatorū est, nec sola fides, sed mul-
 tō magis ipsa charitas. Remissio peccatorū
 non arbor aliqua est in agro cordis plantata,
 aut ad fructificandū apta, sed tantummodo
 veluti agri à sentibus & spinis perpurgatio,
 vt semini fidei aliorumque donorum Dei
 recipiendo animus idoneus factus, bonorum
 operum iustitiam proferat. Qui nunc iustitię
 operum arborē aut radicē remissionē pecca-
 torū affirmat, nō secus delirat quā qui fru-
 ctuum in agro crescētium arborē aut radicē
 vocet factā terræ perpurgationē, & spinarum
 aliarumque pelsimarum herbarum, quibus
 obrutus ager fuerat, extirpationem. Vanum
 rursus est & ineptum, si beatitudinis bono-
 rum operū arbor & radix esset remissio pec-
 catorum, erigendam propterea & stabiliendam, id
 est, tāquam solā & plenā beatitudinē com-
 mendandā esse remissionem peccatorum. Haud
 dubiē enim non secus cōmendandi sunt fru-
 ctus quā arbor, quū arbor sit propter fructus,
 non fructus propter arborem: nec qui arbo-

Non est
 arbor aut
 radix bo-
 norum
 operum.

rem & fructus in agro possidet, in ipsa arbor
 re sed in fructibus emolumentum suum
 nit. Si remissio peccatorum arbor est beatorum
 & bona opera fructus beati, quum arbor possit
 sit esse sterilis, fructus autem per se utilitate
 adferant; quis non videt beatitudinem bonorum
 operum magis proprie, plenè, ac perfecte talem
 esse, quam beatitudinem remissionis peccatorum?
 Et clarum ex Scripturis est, bona opera placita
 esse coram Deo, & amplissimam mercedem
 accipere. Remissio peccatorum solius diuine
 misericordie opus est, cui facta est, in via
 beatitudinis ac iusticie ponit, non in termino;
 principium beatitudinis adfert, non perfectionem
 aut complementum: denique quum sola per se
 consideratur, capacè potius iusticie facit quam
 iustum: sicut depulsæ tenebræ locum
 relinquunt, non illuminant; & stirpitibus
 spinæ agrum ferendæ segeti idoneum reddunt,
 non ipsam segetem proferunt. Sed quibus
 Deus remittit peccata, eisdem non gratia
 & donorum lucem impertit, propter quam
 ipsa quoque remissio ex adiuncto beatum
 iustum facit. Sic ipsa Caluini explicatio
 tum intentum eius subuertit. Inde enim
 quitur, magis esse erigendam & stabilendam
 bonorum operum beatitudinem quam solam
 remissionis peccatorum, quia hæc arbor
 illa fructus. Atque ita difficultatem propositam
 tam non sustulit Caluinus, sed auxit. Manet enim

1. Ioan. 3.
 22.

2. Cor. 5. 9.

Coloss. 3.
 29.

Heb. 12.
 22.

Caluini
 explicatio
 ipsum re-
 futat.

enim non solū firma beatitudo & iustitia bonorū operū toties in Scripturis cōmēdata, sed ipsa remissione peccatorum magis illustris, propria, & vera iustitia esse demonstratur.

Sed hoc constituto, alia ex parte nostra difficultas moueri potest, cur Apostolus hoc loco hanc beatitudinem solam ponit ac recenset, tacita illa varia ac multiplici bonorum operum beatitudine, ab ipso maximē Dauide prædicata? Ad hoc respondeo, certis & grauibus ex causis Apostolū id fecisse.

Primum, quia scopus eius est & intentio hoc loco de prima ad Christi fidem conuersione tam Iudæorum quā Gentium, & de impij iustificatione agere. In hac autem impij iustificatione in primis & ante omnia necessaria est peccatorum per Christū remissio. Deinde, quia, vt nunc hominum status est, remissio peccatorum iustificationi est necessaria, sicut homini ægro necessaria est medicina. Alioqui quis dubitat maximē beatos illos esse qui nunquam peccauerunt; vt Angelos bonos omnes, vt Christum Redemptorem, qui peccatum non fecit, vt Deum super omnia benedictū, qui ita iustus est, vt peccare non possit? Tertiò id facit Apostolus, vt ostendat non solū illos iustos coram Deo esse posse, qui accepta semel remissione peccatorum, postea in multis magnisque virtutibus iustitiam auxerunt, sed etiam illos qui recenter ad Deum conuersi nihil hactenus

boni

O s

Remiss.
pecc. cur
Paulus
beatitud.
solum ponit.

1.

2.

1. Petr. 3.

3.

boni operis ex fide egerunt, quos videlicet
fides bonorum operum fecunda ante partem
iustificauit: quamquam sola fides illam
cunditatem non habet, sed fides charitate

4. formata. Quartò, Apostolus volens ex
tuto ostendere iustificationem hominis
merè gratuitam, affert exempli causa remissionem
peccatorum in iustificatione imputati
quæ sine vlla dubitatione est merè gratuita
& sine qua nullus post primi parentis lapsum
iustus esse potest. His de causis illam solam
beatitudinem ex Dauide commemorat Apo-
stolus, quæ ex remissione peccatorum nascitur:
non quasi vnicam & perfectam, nec
alias in Scripturis positas hac vna excluderet
ac remoueret. Alias tacet, sed non remouet:
quia non omnia vbique & semper, sed
suis quæque locis dicenda & ponenda sunt.

Iam verò & alia ex parte circa posterius
huius loci verba hæreticis occurrunt.
Nam propter illa verba, *Beatus homo cuius*
imputauit Dominus peccatum, colligunt illi
peccatorum remissionem (quæ iuxta Calvinum
est tota fidei iustitia) non esse tamen veram
imputatiuam tantum; & manentia peccata
regi, non tolli. Sic Martinus Chemnitzius
Lutheranus, sic alij, ob eam maximè causam
vt probent concupiscentiam in renatis
manere, vt sit adhuc verè ac propriè peccatum,
& ex se damnatione dignum. Atque
probat sanè hic locus, ad iustitiam humanam
pos

Peccat. remiss. non imputatiua, sed vera.

post lapsum pertinere vt nō imputetur peccatū, verū non probat ex eo solo quōd non imputatur, peccatum remitti. Imō vltra hoc quōd non imputatur, planē tollitur; & quia tollitur, ideo nō imputatur. Quōd aliæ Scripturæ perspicuē docent. *Ecce Agnus Dei*, Ioan. 1. qui tollit peccata mundi. Rursum: *Tulit quod* Colof. 2. contra nos erat *chirographum*, id est, peccati reatum & debitum, & affixit illud *Cruci*. Nempe Ephes. 2. quia interfecit inimicitias (id est, peccata) in semetipso per *Crucem*. Vide plura in opusculo Lib. 3. c. 8. nostro de Iustificatione.

9. *Dicimus quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam.*

Sunt iam hæc verba contra Caluini corruptelas superius explicata, qui magna adhibita Scripturæ violentia pro fide Abrahæ remissionem peccatorum substituit. Alij vocabulum fidei ad illius vnici obiecti apprehensionem torquentes, quasi fides Abrahæ ad iustitiam reputata circa illud vnum versata fuisset (quod vanum esse suprâ ostendimus) colligunt ex his verbis, totam nostram iustitiā, quæ similis Abrahæ esse debet, nihil aliud esse quàm gratuitam quandā imputationem & acceptationem à parte Dei propter fidem nostram in Christum, qua beneficium redemptionis per illum factæ apprehendimus. Opinantur enim ideo solam fidē pro iustitia imputari, quia illa sola gratuitum
Dei

Dei donum est, & quasi mendica manus
 apprehendens per puram gratiam beneficium
 redemptionis. Imputari autem vel referri
 ad iustitiam aiunt, quo ex se iustitiæ virtutem
 virtutem non habet, sed quod pro huiusmodi
 Deo acceptatur. Sed contra hæc observandum
 Primùm quòd non sola fides aut quælibet
 apprehensio per fidem (quæ res imaginaria est)
 quum fides potius iudicij res sit, iudicari
 esse verum quod apprehendit per intellectum
 assensum, quàm apprehensio aliqua, quæ
 præexigitur ad fidem, sed non ipsa fides
 quum multi infideles ea quæ sunt fidei apprehen-
 dendant, sed non credant, est res gratuita
 gratuitum Dei donum, verum & aliæ omnes
 virtutes, quibus iustificamur, gratuita dona
 sunt, & ab auxilio supernaturali, id est
 gratuita Dei bonitatis respectum habent
 secus quàm fides. Charitatis, spei, poenitentia
 timoris actus, vt ex impio quis iustificetur
 actus sūt ex speciali Dei auxilio producti
 secus quàm actus fidei. Harum virtutum ha-
 bitus dona Dei sunt, quibus opera iustitiae
 exercemus, non secus quàm fidei habitus. Res-
 sus, credere non secus est opus nostrum (sed
 fit opus Dei) quàm diligere, *et si charitas dispo-
 sita sit in cordibus nostris per Spiritum S. qui datur
 nobis.* Ideo in Euangelio toties dicitur: *Et
 tua te saluum fecit.* Vnde non est magis menda-
 ca manus fides quàm charitas, nec magis
 mendica manus charitas quàm fides. Ne-
 minus

Apprehensio per fidem res imaginaria.

Virtutes omnes theologice non secus gratuita quàm fides.

Rom. 5.

minus suum aliquid adfert qui ex fide iustificatur, quam qui ex charitate; aut plus suum aliquid adfert qui ex charitate iustificatur, quam qui ex fide. Vtrumq; Dei opus est per auxilium gratiae, vtrumque est nostrum opus per concursum liberi arbitrij.

Secundo, obserua reputationis aut imputationis vocabulum non excludere veram inherēntiam virtutis aut iustitię quę dicitur reputari. Quod enim hęc Paulus dicit, *Abraham reputatā esse fidem ad iustitiam*, hoc idem alibi dixit tum de Abraham, tum de alijs veteribus iustis, *Fide operati sunt iustitiam*. Rursum, sicut hęc infra dicit, *Reputabitur & nobis creditibus ad iustitiam*; sic postea dicit, sæpeque repetit, *Iustificati ex fide*; & antea dixit, *Iustificari per fidem*. Sicut ergo iustificari ex operibus vel per opera intelligunt hæretici inherēntem nobis operibus iustitiam ex qua formaliter iusti sumus (quam quia admittere nolunt, nec prius recipiunt) sic necessariò iustificari ex fide & per fidem (quod libenter recipimus) eodem modo intelligere debent, ex actu fidei formaliter hominem coram Deo iustum esse. Reputatur ergo ad iustitiā, quod verę iustitię opus est. *Iudicium enim Dei secundum veritatem est*. Quare Iacobus post illa verba, *Reputatum est Abraham ad iustitiam*, adiecit, *Et amicus Dei appellatus est*: id est, coram Deo. Denique supra: *Nōne præputium illius in circumcisionem reputabitur*? id est, pro circumcissione

Iustitia reparata iustis, est iustitia illis inherens.

Hebr. 11.

Rom. 5.

Rom. 3.

Rom. 2.

Iacob. 2.

Rom. 2.

fione

sione habebitur? hoc est, coram Deo iustificabitur? Sequitur enim: *Circumcisio cordis, quae laus ex Deo est.* Postremo, & in hoc cap. dicitur: *Ei qui operatur, imputatur merces secundum debitum: ubi vox imputatur per catachresin accepta, significat, rependitur.* Sic rependitur fides ad iustitiam, quia verè iustificatur.

Ver. 4.

11. *Et signum accepit circumcisionis, signum iustitiae fidei quae est in praepurio.*

Sacramentorum efficacia propria defenditur.

IN his Pauli verbis mirabiliter se oblectant haeretici, & validum se argumentum apprehendisse iactant, quo probent, tota Sacramentorum novae legis rationem, & effectum, & usum, nihil aliud esse quam sint signacula iustitiae fidei, & ut obsignent, ut ita loquar, quoque quasi appposito sigillo confirment gratiae aut doni veritatem, quae vel antea fidei habitae est, vel in externo Sacramento signo representatur; sicuti circumcisio ab apostolo hic dicitur fuisse *signaculum iustitiae Abrahae*, vel potius obsignasse iustitiam Abrahamae, ex fide prius & in praepurio acceptam. Quam ob causam Theodorus Beza hoc loco reiecta disertis verbis veterum Patrum interpretatione, de sua nova luce circa huiusmodi intelligentiam insolenter exultat, & huiusmodi disputat: *Quid magnificentius dici de Sacramento possit?* Itaque qui veteris Testamenti Sacramenta à nostris re ipsa distinguunt, nunquam videntur Christi officium quam late pateat cognoscere.

Bezana de Sacramentorum effectu sententia,

Vocatur
nam c
& eff
nempe
mittit
obsign
in us p
verbi c
ration
nes ma
rate &
compe
nus in
stram
Ha
stulti
test, c
tos, c
possi
Intell
quib
docu
rum
ex Pa
quar
nus c
verita
enim
glori
tia ec
effus

Vocatur Paulus circumcisiōne signum, quoad exter-
nam ceremoniam attinet. Nunc illius substantiam
& effectum explicat, id est, quorsum adhibeatur,
nempe iustitiæ fidei, qua in ipsius Christi possessionem
mittimur, non simpliciter significanda, sed vna etiam
obsignanda; quatenus videlicet Spiritus S. re ipsa id
inuis præstat, quod externa ceremonia, prædicationi
verbi coniuncta, oculis representat. Hanc interpre-
tationem si quis cum ijs contulerit, quæ non Orige-
nes modo, sed nonnulli etiã ex Patribus alioquin pie-
tate & eruditione clarissimi in hunc locum scripserunt,
comperiet profectò quantum veritatis lucem Domi-
nus in nos omnium hominum maximè indignos no-
stra memoriã effuderit.

Hæc ille incredibili impudentia pariter ac
stultitia. Quæ maior impudentia esse po-
test, quàm homines novos, paucos, turbulen-
tos, qui nihil autoritate dignum proferre
possunt, novam & singularem Scripturarum
intelligentiam sibi venditare, contra omnium,
qui hætenus in Ecclesia Christi à tot seculis
docuerunt, doctissimorum & antiquissimor-
um Patrum sententiã? Nam quod nonnullos
ex Patribus dicit Beza, omnes dicere debuit,
quum hanc eius explicationem nemo hæte-
nus ex Patribus tradiderit. Alioqui de tanta
veritatis luce in ipsos homines verè indignos (hoc
enim vnum verissimè dixit) à Domino effusa
gloriarì non potuit. Quæ inanissima iactan-
tia eo vanior est, quòd, in quos hæc tanta lux
effusa dicitur, soli sint Calvinistæ, quum ab
hac

Beza lux
noua.

hac obfignatione iustitiæ fidei & promissio-
 nis antegressæ vt proprio Sacramentorum
 factu (quod ex hoc loco colligit Beza
 dictata Caluini) Lutherani omnes magis
 penitus abhorreât, & * Martinus Chemnitz
 inter *fanaticas horum temporum opiniones* de
 & effectu Sacramentorum illam sententiam
 ponit; qui etiam Lutheranorum sententiam
 hanc esse docet, Sacramentorum proprietas
 esse, vt sint organum seu medium per quod
 Deus offert, exhibet, & applicat beneficium
 redemptoris. Atqui de accepta Euangelii gra-
 tia non secus gloriantur Lutherani, omnes
 que hodie sectæ quàm Calvinistæ. Hactenus
 tur Beza impudenti iactantia nihil impu-
 dentius.

Sed nunc quanta sit eorum quæ garrulitas
 titia, vel impieras, potius attendamus. Quis
 (inquit) *magnificentius dici de villo Sacramentorum*
possit? Nempe vt sit signaculum iustitiæ
 non simpliciter significandæ, sed vnâ et
 obfignandæ; quatenus Spiritus S. respicit
 intus præstat, quod externa ceremonia, vt
 prædicationi coniuncta, repræsentat. Hæc
 est Calvinianum mysterium in circumcisi-
 nis signaculo fundatum, ab omnibus hæc-
 nus Patribus ignoratum, in quo tot sunt ab-
 surda quot verba. Circumcisionem vocat
 Paulo *signaculum iustitiæ fidei Abrahæ*, quod
 habuit in præputio, sic hæcenus intellexerunt
 omnes Ecclesiarum magistri, & diuinarum
 Scripturarum

Caluini-
 starum de
 Sacramen-
 torum ef-
 fectu do-
 ctina à
 Lutherani-
 nis dam-
 nata.
 * In exl.
 Concil.
 Trid.

Circumcisi-
 onem &
 quomodo
 signaculum
 iustitiæ
 fidei in
 Abrahâ.

Scripturæ
 euncius
 pacti
 popul
 vnum
 id fig
 putio
 Deo c
 modu
 fæder
 medico
 poster
 per q
 fionis
 plex f
 Deum
 in De
 vt fig
 sine n
 in ipse
 re ipsa
 nam o
 hanc o
 tu S. i
 monia
 nullu
 Abrah
 exterr
 tio cor
 cuncti
 post p

Scripturarum interpretes, ut dicerent, circum-
 cisionem, quum signum esset foederis &
 pacti inter Deum & semen Abrahae, quasi illius
 populi ab alijs populis omnibus distinctiuū,
 vnum tamen Abraham, qui omnium primus
 id signum accepit, quia antea manens in præ-
 putio & nondum circumcitus, vir iustus erat,
 Deo charus, fide & obedientia in Deum ad-
 modum illustris, Deoque certo promissionis
 foedere coniunctus, quod in illius semine be-
 nedicerentur omnes gentes, id est, ex eius
 posteris nasceretur Christus redemptor mundi,
 per quem omnes benedicerentur, circumci-
 sionis signum accepisse, non quidem ut sim-
 plex signum promissionis aut foederis inter
 Deum & ipsum, de qua iam per fidem suam
 in Deum certior factus fuerat, sed præterea
 ut signaculum quoddam siue characterem
 siue notam illustrem illius iustitiæ fidei, quæ
 in ipso dudum fuerat, non quam Spiritus S.
 re ipsa intus ei præstitit, quando hanc exter-
 nam ceremoniam accepit. Abrahamum per
 hanc externam ceremoniam aliquid à Spiri-
 tu S. intus in animo accepisse, quod illa cere-
 monia repræsenteret, nulla Scriptura dicit,
 nulla ratio, nulla autoritas docet. Quum
 Abraham circumcisionem accepit, cum hac
 externa ceremonia nulla fuit verbi prædica-
 tio coniuncta, quam ex dictatis Caluini cir-
 cuncioni adiungit Beza. Confestim enim
 post præceptum Domini de circumcissione ac-
 ceptum,

P

ceptū, se & suos circūcidebat: quod his
 Genes. 17. bis narrat Scriptura: *Cumq̄, finitus esset
 Dei loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abraham
 id est, disparuit. Tuliit autem Abraham Ismael
 lium suum, & omnes vernaculos domus sue,*

Cur Abra
 ham cir-
 cuncisio-
 ne accepit
 tanquam
 signaculū
 iustitiæ.
*cuncidit carnem præputij sui in ipsa die. Cur autem
 & in quem finem, & in cuius rei significati-
 nem Abraham ipse iam ex fide iustificatus
 circumcissionem accepit tanquam signacu-
 lum iustitiæ fidei, manifestè tum hinc
 Geneleos tum Apostoli disputatio docet.*

Gen. 17. 4. historia Geneleos toto illo cap. 17. ubi
 cuncisio primū à Deo instituta & ab Ab-
 hamo suscepta fuit, causa huius circumcisi-
 nis præcipiendæ & suscipiendæ hæc ponit
 quia Abraham pater multarum gentium
 turus erat. Sic enim Deus loquitur: *Ego
 & ponam pactum meum tecum (id est, signum
 pacti, circumcissionē, ut ex sequentibus ma-
 nifestè patet) erisq̄, pater multarum gentium
 nec ultra vocabitur nomē tuum Abram, sed appo-
 beris Abraham, quia patrem multarum gentium
 constitui te. Nempe in signum multiplicandi
 seminis Abraham in illo capite promissi, &
 his verbis (Pater multarum gentium) expressè
 Abraham in generationis membro, tam
 propemodum centenarius, circumcissionem
 primus accepit.*

Verf. 10.
 Hoc est pa-
 ctū meum,
 &c.
 Circunci-
 detur, &c.
*Cur autem quia esse patrem multarum gen-
 tium, præter illam literalem significati-
 onem multiplicandi seminis Abraham iuxta nomē
 tuum Abram, sed appo-
 beris Abraham, quia patrem multarum gentium
 constitui te. Nempe in signum multiplicandi
 seminis Abraham in illo capite promissi, &
 his verbis (Pater multarum gentium) expressè
 Abraham in generationis membro, tam
 propemodum centenarius, circumcissionem
 primus accepit.*

Cæterum quia esse patrem multarum gen-
 tium, præter illam literalem significati-
 onem multiplicandi seminis Abraham iuxta nomē
 tuum Abram, sed appo-
 beris Abraham, quia patrem multarum gentium
 constitui te. Nempe in signum multiplicandi
 seminis Abraham in illo capite promissi, &
 his verbis (Pater multarum gentium) expressè
 Abraham in generationis membro, tam
 propemodum centenarius, circumcissionem
 primus accepit.

rum arenæ maris, spiritualement quoque habet
 significationem, quòd pater sit omnium creden-
 tium per præputium, id est, omnium præter cir-
 cuncisionem acceptam credentium, vt Apo-
 stolus hîc dicit; ostendit Apostolus, hanc A-
 brahæ paternitatem non in circuncisione, aut
 per illam, aut propter illam accidisse, sed
 propter fidem quam ante circuncisionem habuit;
 vt sic esset tum pater carnalis omnium cir-
 cuncisorum, tum etiam pater spiritualis om-
 nium in Christum credentium. Sic enim di-
 fertè Apostolus dicit: *Et sit pater circuncisionis;*
 id est, Iudæorum, non ijs tantum qui sunt ex cir-
 cuncisione, id est, non ijs tantum qui solum-
 modo sunt circuncisi, & carnaliter Iudæi, sed
 & ijs qui sectantur vestigia fidei que est in præputio
 patris nostri Abrahæ: id est, illis quoque qui
 præter circuncisionem credunt in Messiam:
 quod est tam esse patrem spiritualement ex imi-
 tatione eiusdem fidei quam esse patrem car-
 nalem ex propagatione eiusdem seminis.
 Quum igitur scopus Apostoli esset, osten-
 dere Abraham ex fide fuisse iustificatum,
 & non ex operibus legis (idcirco enim dixit,
*Quomodo reputata est fides ad iustitiam, in circun-
 cisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in
 præputio*) huic autem iustitiæ fidei in præputio
 repugnare videretur ipsa circuncisio quam
 ipse Abraham accepit, idque post illa ver-
 ba Genes. 15. *Credidit Abraham Deo, & repu-
 tatum est ei ad iustitiam*, ostendere vult Apostolus

quare Abrahā iam per fidem iustificatus di-
 cuncionem nihilominus acceperit. Idem
 enim continuo subiungit, hanc tacitam Iu-
 daeorum obiectionem remouens: *Et signum
 accepit circuncisionis, signaculum iustitiae fidei
 est in praeputio, ut sit pater omnium credentium
 praeputium, & sit pater circuncisionis, &c.* Quo-
 rum verborum simplicissimus & apertus
 sensus est: Ideo Abraham iam iustificatus
 ex fide, circuncisus nihilominus fuit, & hanc
 circuncionem quasi nouam notam & cha-
 racterem accepit, (non quae representat
 aliquam Spiritus Sancti donationem, sicut
 videlicet, *re ipsa tunc praestitā*, ut Beza imagi-
 tur) sed, ut Apostolus ipse disertè dixit,
iustitia fidei quae est in praeputio, id est, quam Ab-
 raham habuit in praeputio necdum circuncisus
 ut per illam notam acceptam (ait ipse Apo-
 stolus) *sit pater omnium credentium per praeputium
 & sit pater circuncisionis*: id est, ut ipse iam cir-
 cuncisus, & antea ex fide iustificatus, sicut
 per antecedentem fidem fuit pater omnium
 credentium, etiam non circuncisorum, sed
 per hanc circuncionem acceptā, ipse quoque
 quoque circuncisorum, id est, Iudaeorum
 omnium pater esset credentium in Christo.

Circunci-
 sio cur
 vocatur
 signacu-
 lum.

Vocat autē Apostolus *circuncisionis signum*
 vel signum illud quod est circuncisio. *signa-
 culum iustitiae fidei*, quae iam in Abraham
 ante hoc signum acceptum, non ut illam
 Abrahami iustitiam quasi sigillo obfirmatam
 sed

sed ut illam simpliciter testificaretur, & illius testimonium esset: ut Græci interpretes, Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, & alij exponunt, Vox quippe *σφραγίδου* cum significet tam insignire & notare, quam ob- signare & confirmare, hæretici hodie in vo- cis latitudine ludentes, deserta & reiecta ve- terum omnium interpretatione, non pro testimonio, nota, caractere, sed pro sigillo & imaginaria sua obsignatione accipi vo- lunt. In quo figmento suo quàm multiplici- ter falluntur, & fallunt, nunc breuiter ex- plicabo.

Primum, Sacramenta nouæ legis, quæ per omnia volunt huic signaculo circumcisionis conuenire (ait enim Beza, *Quid magnificentius de illo Sacramento dici potuit?*) statuunt nihil aliud esse quàm signacula, sigilla, & ob- signationes illius iustitiæ fidei, quam Spiritus Sanctus re ipsa præstat, & quam Sacramenti ceremonia repræsentat. Atqui ut hoc verum esset (quod postea stultitiæ & dementiæ ple- num ostendemus) nihil hoc figmentum com- mune habet cum signaculo circumcisionis in Abraham. Nam cum illo signaculo vel cum illa eius circumcisione, nullam fidei iustitiam Spiritus Sanctus re ipsa Abrahamo contulit. Contradicit enim disertè Apostolus, dicens fuisse signaculum iustitiæ fidei, *ἡς ἐν τῇ ἀποστολῆς*, id est, ut Beza vertit, *quæ fuerat in præputio*; & dicit subaudiri articulum, *γενομένης*. Quæ

signacu- lum apud Paulum nō signi- ficat sigil- lum aut obsigna- tionem in sensu hæretico- rum.

P 3 vna

vna explicatio omnem eius speculationem subuertit. Si enim circuncisio Abrahami signaculum iustitiæ olim in præputio acceptæ, & nostra Sacramenta non aliam rationem aut vim habent, quàm habuit hæc Abrahami circuncisio (propterea enim Beza ait, *veteris fœderis Sacramenta à nostris re ipsa distingui; & rursus, de nullo Sacramento magis scientius aliquid dici posse, quàm quòd huiusmodi signacula sunt, qualis erat Abrahami circuncisio*) euidentissimè sequitur, nostra Sacramenta nõ obsignare aliquam iustitiam fidei, qua in ipsius Christi possessionem mittitur, & quam Spiritus Sanctus re ipsa præstat quod monumenta externa representat, sed obsignare debere in nobis iustitiam fidei olim acceptam, olim à Spiritu Sancto donatam, vt sic monumenta externa cuiuslibet Sacramenti nostri non representent aliquid quod re ipsa Spiritus Sanctus præstat, sed aliquid representet olim acceptum, & antea nobis collatum. Quæ propria Caluini doctrina est, vnde accepit Beza. Sic enim definit: *Sacramentum est externum symbolum quo beneuolentia erga sua promissiones conscientijs nostris Dominus obsequatur, ad sustinendam fidem nostram imbecillitatem, & vicissim pietatem erga eum nostram testatur.* Vnde Sacramentum obsignare promissiones accessas, non representare aliquid à Spiritu Sancto re ipsa præstitum, idque ad fidem in adepta imbecillitatem sustinendam, non aliquid

Beza
explicatio
Caluino
contraria.

Institut.
lib. 4.
cap. 14.
num. 1.

aliquod fidei donum à Spiritu Sancto cum Sacramento aut in illo aut per illud accipiendum. Quare postea addit, *Apostolum manifestasse hoc loco contendere, fuisse Abrahamo circum-* Ibidem. nam. 5.
cisionem eius pacti obsignationem, cuius fide fuerat antea iustificatus. Quæ tota explicatio ut propius accedit ad sensum Apostoli quoad iustitiam fidei prius acceptam; ita Bezae explanationi prorsus contraria est, quæ signaculi huius & obsignationis rationem in eo ponit, ut Spiritus Sanctus re ipsa id intus præstet, quod externa ceremonia oculis representat.
 Ita Beza dum aliquid videri vult Sacramentis nostris tribuere, & aliquam in eis gratiæ obsignationem inuenire, nec Apostoli sensum tenet, nec magistri sui ac communem suorum doctrinam, adeoque sui ipsius, quam alio loco tradit, sequitur. Et tamen hæc illi explicatio ita placuit, ita solida ac singularis visa est, ut de omnium Patrum hætenus cæcitate, & de sua singulari luce declamandum sibi duxerit.

Confess. Helveticæ cap. 17. Beza confess. fidei cap. 4.

Sed non hæc sola est explanationis eius absurditas: alias euoluemus. Vanum quippe & stolidum figmentum est, quod iuxta Caluini præscriptum hinc ait Beza, *Sacramentorum nouæ legis substantiam & effectum esse, ut iustitiam fidei non simpliciter significant, sed vniuersam etiam obsignent: antea videlicet iam acceptam, iuxta Caluini definitionem, ipsiusque*
 Bezae explanationem loco citato: quod

P 4 paucis

paucis argumentis, sed luce meridiana de
rioribus breuissimè demonstratur.

Primum, multi reprobi accipiunt Sacra-
menta, qui tamen iuxta Caluini doctrinam
veram fidem, & consequenter iustitiam
nunquam habent. Ergo aut Sacramen-
tus effectus non est obsecratio iustitiæ accep-
taur est huiusmodi obsecratio falsa, vana
mendax: quod diuinis Sacramentis tribu-
tas in illis Sacramētis est quæ indignè
indignis accipiuntur, quos omni Christi par-
ticipacione carere idem Caluinus docet.
his enim omnibus erit obsecratio falsa &
gillum mendax ipsum Sacramentum. De-
de, quia Sacramenta sic sigilla esse volu-
vt diuinas promissiones nobis cōfirmen-
cuti diplomata regia appenso Regis sigillo
confirmantur, hæc illos absurda consequen-
tur. Primum, quod sicuti diploma regium
vim non habet, aut fidem non facit, nisi ap-
penso sigillo; sic promissiones Dei in verbo
vim non habebunt, neque credentur, nisi
adhibito Sacramēto. Atqui hoc falsum, ergo
& prius. Promissiones Dei in Scriptura ex
vim habere, & solius fidei beneficio appen-
hendi, nec ipse Caluinus negauerit. Præter
ea, sigillū diplomati appensum, non ex ipso
diplomate, sed ex persona Regis, cuius sigil-
lū est, autoritatē accipit; Sacramenta autem
iuxta Caluinū & Bezā, ex verbo promissionis
quod

Instit.
lib. 3.
cap. 2.
num. 9.
Obsecra-
tio Sacra-
mentum
iuxta Cal-
uinum
refutatur.

In Ioan.
cap. 6.
ver. 54.

Sigillum
Caluina-
num in
Sacram.
euerit.

quod diplomatis instar est, omnē vim suā accipiunt. Vana ergo est cōparatio. Rursum, sigillum regiū aptū natū est ad confirmandas quascūque regias donationes, imò ad quamcūque eius voluntatē obfignandam. Sacramenta autē si obfignant, non nisi vnū certum gratiæ beneficium Sacramento propriū obfignare possunt: alioqui vnūcū aliquod Sacramentum ad omnia sufficeret. Nulla ergo similitudo Sacramenti & sigilli. Has nobis difficultates expediat qui potest Calvinista.

Iam verò si non nisi iustitiam fidei acceptam, qua in ipso Christi possessionem mittimur, ut hic Beza loquitur, Sacramenta nostra obfignant, quorsum aut in quem finem ista obfignatio? Aut enim in Christi possessionem (quem habentes omnia habemus) sola fidei iustitia iam nos misit, & sacramentalis obfignatio planè friuola & inanis est; aut in eam nō misit, & mentitur hīc Beza. Decantatum quoque illud, *Sola fides iustificat*, vel quod in fidei definitione Calvinus ponit, *ut certa sit notitia & persuasio benevolentia Dei erga nos, per Spiritum S. in cordibus nostris obfignata*, penitus falsum figmentum erit. Si enim per fidem ipsam, habemus persuasionem certam promissionum Dei & benevolentia eius erga nos in cordibus obfignatam, ad quid alia hæc per Sacramentū obfignatio? Quorsum hæc sigillorum multiplicatio? Aut prius illud fidei firmum erat, & hoc alterum super-

Sacramēta non possunt obfignare iustitiam fidei acceptam.

fluum est; aut infirmum erat, & hoc aliter quoque infirmum censeretur. Quæ ratio est ut obsignatio per Sacramentum minor ac certior sit, quam obsignatio Spiritum S. Imò quomodo non summatio docet certius ac firmius esse debere, profectò nō minùs certum ac firmum, quod Spiritus S. in cordibus nostris obsignat, quod Sacramentum externum oculis manibus nostris obsignat. Vana ergo perflua tota hæc sacramentalis sigillatio est.

Sacramē-
ta fidei
cōfirman-
da non
subterui-
unt.
Instit.
lib. 4.
cap. 14.
num. 1.

Dicent ad fidei infirmitatē subleuanda obsignationem hanc sacramentalem addere. Sic enim definit Calvinus, *Sacramentum esse externum symbolum, quo benevolentia erga sua promissiones conscientijs nostris Dominus obsignat, ad sustinendam fidei nostræ imbecillitatem.* Sed imaginariam hanc infirmæ fidei obsignationem ex ipsis Caluini principijs refellemus. Si enim statuitur in electis illorum unicam fidem agnoscit Calvinus supra accepimus) fidei imbecillitas non quo sigillo subleuanda; falsa est illa Calvinus definitio antedicta, quod fides est certitudo & persuasio benevolentia Dei erga nos. Si certa persuasio, quomodo imbecillitas est apprehensio? Aut si imbecillitas est in aliquo apprehensio, quomodo est in omnibus apprehensio? Definitio enim toti definitioni petere debet: & definitione fidei qui

fidelis non est, nec fidem habere dicen-
 dus est. Rursum, si est fides infirma & imbe-
 cillis electorum, specialis & iustificans ele-
 ctorum fides languida & infirma esse poterit.
 At infirma fides, imperfecta fides erit. Non
 ergo iustificabit. Si enim bona opera ideo
 iustificare neminem posse haeretici conclu-
 dunt, quia imperfecta sunt legis observatio;
 ex fide quoque neminem iustificari posse nos
 concludemus, quia imperfecta & languida
 est omnis etiā electorū fides. Omnes quippe
 electi Sacramentis indigent, & Sacramentorū
 usus atque effectus est, ut imbecillem fidem
 quasi noua quaedam signacula sustentēt atq;
 confirmēt. Sed & Calvinus ipse propterea
 affirmat, *fides perfectionem neminem in hac vita*
assequutum fuisse. Et alio in loco: *Quū nusquam*
perfecta extet fides, sequitur ex parte omnes esse im-
credulos. Sicuti ergo Calvinus ex observatio-
 ne legis neminem iustificari posse ideo con-
 cludit, quia legem perfectē nemo hactenus
 obseruauit; sic ex fide neminem iustificari
 posse rectissimē cōcludemus, quia fidei per-
 fectionem nemo vnquam in hac vita asse-
 quutus est. Excipiet hīc fortasse Calvinista,
 legis quidem obseruationem perfectam re-
 quirere ex ea quis iustificetur, fidei autem
 perfectionē minimē hoc modo requiri. Sed
 meminisse talis debet, sicut vna Scriptura de
 operibus dicit, *Diliges Deum ex toto corde tuo;*
 sic alia Scriptura de fide dicit, *Si credis ex toto*

Iustificari
 ex fide iu-
 xta Cal-
 uini prin-
 cipia ne-
 mo po-
 test.

Instit.
 lib. 4.
 cap. 14.
 num. 7.
 In Harm.
 Euang ad
 cap. 17.
 Matth.

Luc. 10.
 Act. 3.

corde,

corde, licet te baptizari. Non ergo ad fidei
 becillitatem subleuandam (quam & per
 etiam esse, Calvinus in definitione fidei
 cet; & perfectam esse debere, quo ad
 intensiōē & firmitatem, Scriptura affirmat
 imaginaria hæc Sacramentorum obligatio
 instituta fuisse censeretur. Vana ergo
 friuola est, planēque inane figmentū, & ce-
 bri Calviniani spectrum, quod pro singulis
 quadam luce hac demum ætate, fenestra
 iam mundo, sibi ac suis hominibus indige-
 nis, diuinitus reuelatum esse Beza hoc
 co, quasi somnia sua narrans, declamatur.

Addit tamen adhuc homo vanissimus
 eos qui veteris fœderis Sacramenta à nostris
 distinguunt, Christi officium quàm late patere
 quam cognouisse. Quid ergo? Tam late pa-
 ret Christi officium, vt omnia legalia in Chri-
 sti Ecclesia obtinere debeant? Si enim qu-
 latiſſimè patet Christi officium, eius Sacra-
 menta à veteribus distinguere non debent,
 dem quoque ex causa ceremonias & iudicia
 lia Ecclesiæ Christianæ à veteribus distingui
 non oportet. Si eadem utrobique Sacramen-
 ta, nec re ipsa distincta; eadem quoque
 ceremoniæ, eadem utrobique iudicia, rito-
 que politica Ecclesiastica. Quæ enim ma-
 ratio Sacramentorum quàm ceremoniarum
 & obseruationum reliquarum? Omnia
 galia sunt, & veteris populi propria, &
 Dei ore profecta. Si Christi officium est, ce-

Judaica
 Beza do-
 ctina de
 paritate
 Sacram.
 vet. & no-
 uorum.

dem habere Sacramenta cum veteri populo; officium quoque eiusdem erit, easdem habere ceremonias, eadem legalia omnia. An quicquam dementius dici potuit? An Iudæus quispiam plus à nobis postularer? An non toti Iudaismo Bezana hæc demètia fenestram aperit? Quid? Ad officium Christi pertinet eadem habere re ipsa Sacramenta cum veteri populo? O cæcas hæreticorum mentes! An non Christus *melioris Testamenti* mediator, quod in *melioribus promissionibus sanctum est*, meliora & præstantiora Sacramenta afferre debuit? An non vt sacrificium infinitè præstantius & excellentius dedit, sic Sacramenta longè alia multoque præstantiora dare debuit? Ergo falsa est tota Apostoli ad Hebræos disputatio de singulari & excellenti Christi sacrificio & sacerdotio, primùm ab officio & fine eius, toto cap. 5. deinde ab æternitate & solemnitate, cap. 7. postea ab hostiæ excellentia & perfectione, cap. 9. ac postremò à fructu & effectu eius amplissimo, cap. 10. Aut nescit Beza, ex sacerdotij & sacrificij dignitate & differentia, ceremoniarum & Sacramentorum dignitatè ac differentiam promanare & consequi, alterumque alteri respondere? An rursus falsa erit tota ipsius Christi disputatio Ioan. c. 6. quod panis, quem ille daturus erat, veteris populi Manna longissimè antecellebat?

Profus nesciunt hæretici quàm latè pateat

Hebr. 8,
Christi
officium
legalia
non com-
pletitur,
sed super-
excellit.

Sacramē-
torū diffe-
rentia à
Christi
excellētia
dependet.
Ioan. 1.

reus officium Christi, qui nostra Sacramē-
ta à veteribus re ipsa non distinguunt. Tunc
enim latè patet Christi officiū, dignitas,
excellētia, ut quia *lex per Moysen, gratia*

Hebr. 9.
& 10.

& veritas per Iesum Christum, omnia vetera
Sacramēta, etiam ipsa circumcisio, egre-
gias infirma fuerint elementa, iustitiæ carnis, de
quibus aufervi peccata, aut conscientia purgari
poterant; in nouis autē Sacramētis à Christi
institutiōe, baptisimus quidem sit lauacrum
generationis & renouationis per Spiritum sanctum

Tit. 2.
1. Cor. 10.

Eucharistia sit participatio corporis & sanguinis

1. Tim. 3.

Domini, per impositionem manuum presbyterii
conferatur gratia non negligenda ab illis qui acci-
piunt, per poenitentiam remittantur in cal-
ceatæ quæcumque remittantur in terris: demum
in omnibus Sacramētis aliqua Spiritus
gratia conferatur, qualem nulla vetera
conferabant. Satis esse hæc pauca
sunt ad Bezanzæ dementiæ vanitatem
in oculis subiiciendā. Sic qui in re
mā sibi lucem venditabat, in eare
talpa cæcior deprehensus est.

II. *Vt sit pater omnium credentium per
Christum, ut reputetur & illis ad iustitiam.*

Abrahæ
exemplo
iustitia
imputati-
ua non
statuitur,
sed euer-
titur.

Rapit hinc argumentum Calvinus, ad
iustitiam statuendam. Nemo
quod) quomodo Abrahæ circumcisio fidem
confirmet de iustitia gratuita. Est enim obsequium
iustitiæ fidei, ut nobis quoque credentibus imputetur

imputetur. Si fides Calviniana de iustitia gra-
 tuita, id est, in sola remissione peccatorum
 posita (hæc enim illa est) ex Abrahæ circun-
 cisione confirmatur, profectio nulla prorsus
 erit. Nam, vt iam demonstratum est, circun-
 cisionis Abrahæ nihil minus quàm iustitiam
 gratuitam in sensu Caluini aut repræsentab-
 at, aut testabatur, aut (vt Caluinus vult)
 obfignabat. *Signaculum erat iustitiæ fidei*, id est,
 illustre testimonium præcedentis in eo iusti-
 tiæ: quæ ab Apostolo iustitia fidei vocatur,
 quia obedientia, aliaque opera Abrahæ bo-
 na, cum fide erant coniuncta. In huius iu-
 stitiæ non operum tantum bonorum, sed &
 fidei testimonium accepit circumcisionem,
 quæ & pactum inter ipsum semenque eius &
 Deum, & nasciturum ex eo semen benedictum
 significabat. Voluit autem Deus in vno A-
 braham iustitiam fidei, qua prius Deo pla-
 cebat, hoc signaculo externo attestari, vt pa-
 ter esset (ait Apostolus) *tum omnium credentium*
per præputium, id est, sine circumcisione (quia
 ante circumcisionem iustitia fidei iustus erat)
tum omnium circūcisorum: (quia & ipse quoque
 circūcidebatur) sed tum horum tum illo-
 rum pater esset, si tam hi quàm illi insisteret
 vestigijs fidei qua Abraham pollebat necdum
 circūcisus; vt sic vtrisque iustitia fidei, qua-
 lis in Abraham erat, imputaretur: id est, vt
 vtrique tam Gentiles quàm Iudæi imitantes
 fidem Abrahæ, & *facientes opera Abrahæ*, iusti-
 ficaren-

IOAN. 5.

ficarentur coram Deo, sicut ille iustus fuit.

Caluini
ratiuncu-
la dupli-
citer sto-
lida.

Caluini autem ratiuncula dupliciter laborat. Nec enim hæc circuncisio Abrahami ob signatio erat qua sanciretur certitudo gratiæ Dei (vt hîc Calvinus loquitur) aut Spiritus S. re ipsa id præstaret quod illa cõmonia repræsentabat, vt Beza dicebat, erat (vt iam ostendimus) testimonium præexistentis in ipso Abraham iustitiæ fidei. Primum, non ideo Abraham per hoc signatum declaratus est pater omnium credentium perputium, vt credentibus in sensu Caluini imputaretur, id est, solam Dei beneuolentiam & gratuitam remissionem per fidem apprehendentes, hoc vno & solo modo iustificarentur, sed vt Gentiles omnes non circumcisos habentes iustitiam fidei quæ erat in Abraham reputarentur iusti coram Deo sicut Abraham. Illa autem iustitia fidei in Abraham nec aliis fidei iustitia erat, sed obedientiæ quæque; nec talis fidei quam fingit Calvinus, sed talis quam Scriptura commemorat, superius copiosè explicatum est. Quæ fides eo loco commemorata, vbi reputatur ad iustitiam, tamen vnum obiectum respiciebat de multiplicando semine, tamen quia cum illo vno obiecto omnia alia credere parata erat quæcumque diceret Deus, plenissimè (quantum ex parte fidei) iustificabat. - Abraham autem fidem talem tunc fuit.

Verf. 2.
huius ca-
pituli.

ipse Apostolus in sequentibus annotavit. Laudans enim postea fidem Abraham, quum dixisset, *Confortatus est fide, dans gloriam Deo; adiecit, Plenissime sciens, seu penitus persuasus ex fide, quia, quacunq[ue] promissit Deus, potens est & facere.* Propter hanc generalem fidem iustificatus est Abraham: unde statim subiungit, *Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.* Hæc quoque generalis fides, non specialis aliqua à nobis exigitur, ut imitemur fidem Abraham. Unde statim Apostolus præcedentibus adiecit: *Non est autem tantum scriptum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam (scilicet credenti sibi semet esse nasciturum, & quicquid præterea promitteret Deus) sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitavit Iesum Christum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: nec hæc tantum credentibus, sed & quicquid præterea aut promittit Deus aut dicit, nobisque credendum proponit. Nam nec hæc sola credentibus reputabitur fides ad iustitiam, nec in his solis sola remissio peccatorum continetur (quam Christus meruit, moriens propter delicta nostra, ex qua sola iustificari hæretici volunt) sed & illa iustificatio etiam exprimitur, propter quam resurrexit Christus; id est, quam sua resurrectione ex mortuis significavit, quæ est tota vitæ novitas, ad quæ resurgere oportere qui baptizantur in Christo, paulò post Apostolus docebit.*

Q 13 Non

13. Non per legem promissio Ab: aha aut sententia
 vt haeres esset mundi, sed per iustitiam fidei.

Hæc verba, per legem, perperam exponit Beza: hoc est, per præstita aliqua opera, & addita implenda legis conditione. Quæ glossa opponit legem iustitiæ fidei hoc loco, quia iustitia fidei, cui facta est promissio benedictionis, implendæ legis conditionem penitus excluderet. Hanc enim conditionem ferre non possunt libertini horum temporum hæretici. Quare & Calvinus hoc loco in eodem loco hærens dicit, sententiæ Apostolicæ summam hanc esse; *Abraham promissam fuisse hæreditatem non quia legis observatione id est promeritis, quia fide iustitiam adeptus erat.* Cæterum Paulus nec per legem implendæ legis conditionem intelligit, nec iustitiam fidei docet ab huiusmodi conditione liberam. Legis nomine intelligit hoc loco, vt ipsemet Beza hoc loco exponit, *aut legem naturæ, aut legem Moysi* rectè, quia per neutram illarum facta est promissio Abraham: id est; nec lex naturæ naturæ viribus præstita, nec lex Moysi per legem externam illam doctrinam & legillationem, in causa fuit vt Abraham promitteretur hæreditatem mundi, id est, esse patrem omnium credentium per omnes gentes ac nationes mundo: sed iustitia fidei in ipso Abraham erat per quâ facta est tam nobilis promissio. Iustitia autem fidei in Abraham non erat vana sola fides, vt semper somniat hæretici; sed

Legis nomine quid Paulus intelligat

partim iustitia operū bonorū eius in fide facta; ut alia Scripturæ docet, partim ipsum opus fidei eius quo credidit promittenti Deo, quod hic disertè tractat Apostolus, ut ad rem præsentem maximè spectans. Obedientiā Abrahæ, qua filium immolavit, fuisse iustitiam fidei in eo, quia fides cooperabatur operibus illius, & Iac. 2. ex operibus consummata est fides eius, docet D. Iacobus verbis disertissimis. Huic quoque obedientiæ Abrahæ, non tantum fidei Abrahæ, eadem promissio, quod esset hæres mundi, facta est; dicit enim Scriptura: Per memet- Gen. 22. ipsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti unigenito tuo propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas celi, & velut arenam quæ est in litore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Ecce apertissimè non vni fidei, ut semper volunt hæretici, sed ipsi quoque obedientiæ Abrahæ facta est promissio ut esset hæres mundi, atq; adeo ut Christus de illo nasceretur. Benedicetur in semine tuo, id est, in Christo ex te oriundo, omnes gentes, quia obedisti voci meæ. Hæc est iustitia fidei in Abrahâ, non solum credere quod Deus promissit, sed etiam obedire mandato quod Deus iubet. Hæc iustitia fidei non excludit opera præctica, ut voluit Beza; nec spiritualem vitam sanctitatem, ut vult Calvinus; sed illa maxime includit: quia omnium bonorum

Q 2 operum

Obedien-
tiæ Abra-
hæ pro-
missiones
factæ sūt.

operū & spiritualis vitæ sanctitatis imitatio
& radix fides est; ideoque maximè proprie
fidem, quam fortissimam habuit, obediens
Abraham Deo. Sic idem Paulus docet
Heb. 11. *Abraham ex fide operatum esse iustitiam, & egrediens
terram cognationis sue iubente Deo, etiam reperi-
entem quò ieret. Sic opera Abraham faciendā esse
ut filij Abraham simus, Christus ipse docet
sicut fidem Abraham imitandam esse, ut
Abraham simus, Paulus hinc docet. Ait enim
Ioan. 8. Iudæis: Si filij Abraham esis, opera Abraham
facite. Non ergo opera Abraham excludit
Abraham; nec conditionē implendæ legis
est, obediendi mandatis Dei per spiritum
vitæ sanctitatem, excludit iustitia fidei
Abraham, qui hanc conditionem exactis-
simè implevit. Denique quòd iustitia
operum bonorum executionem necessariā
non excludat, ad alia Pauli loca ex doctri-
na Augustino docuimus, ac docebitur
deinceps.*

Per legem
obediētiæ
facta est
promissio.

Postremò, quòd lex hoc loco legis merito
torum obedientiam nō significat, perspicuum
hoc argumento probatur. *Per legem (ait Paulus)
non est facta Abraham promissio ut esset pater
mundi. Sed per obedientiam mandato
præstitam facta est Abraham promissio, ut
pater mundi, ut verba ex Genes. cap. 12.
citata manifestè affirmant. Ergo Paulus
legem, obedientiam legis non intellexit.
Restat ergo ut legis nomine legē intelligat
quod*

12.
quoad e
sic cogit
victoria
posteaq
atque a
proprie
meti no
huc inte

15. Lex
pra

Hic
Hinc
gem pron
do dixer
operatu
præuari
mereri?
somnia
Vbi enim
igitur le
& sanctu
ceret, vi
ad mort
sed quia
operatu e
peccatum
per man
Quom
cic hom
uerius

quoad externam eius doctrinam, per quam fit cognitio peccati, sed non remedium aut victoria peccati, sicuti hastenus intellexit, posteaque cap. 7. magis perspicuè docet: atque adeò in secundo post versu, quem propterea proximo exponemus loco, tamen non proximè sequatur, sed versus adhuc intermedius nobis tractandus erit.

15. *Lex iram operatur: ubi enim non est lex, nec prauaricatio.*

Hic aperte Paulus docet, quid per legem intellexit quum diceret, *Non enim per legem promissio Abrahae, &c.* Quis enim aliquando dixerit, quòd obedientia legis iram Dei operatur, quum omnes Scripturæ clament prauaricatores legis diuinæ iram Dei promereri? Et ne quis tam dementem sensum somniaret, addit Paulus, cur *lex iram operetur.* Rom. 7.

Vbi enim (inquit) non est lex, nec prauaricatio. Est igitur lex mandatum quidem bonum, & iustum, & sanctum, & quod erat ad vitã, id est, quod qui faceret, viueret in eo, sed per occasione factum est ad mortẽ: nõ quia lex ipsa nobis facta est mors, sed quia peccatũ, vt appareat peccatũ, per bonum operatũ est nobis mortẽ, vt fiat supra modũ peccans peccatum per mandatum: hoc est, occasione accepta per mandatum seduxit nos, & per illud occidit. Quomodo peccatum per mandatum seducit homines & occidit, nisi quia quantò seuerius iubet bonũ, & strictius prohibet malum,

Q; lum,

lum, tantò homines peccatores nituntur magis in vetitum, libentius peccant, & peius offendunt, quàm si nescirent legem. Iubet enim tantum lex, non adiuuat. Iustus fidei iubet quoque, sed adiuuat præterea. *des enim orando impetrat, quod lex iubendo impetrat,* ait August. de Spiritu & litera.

Cap. 9.

14. *Si enim qui ex lege heredes sunt, eximantur fides, abolita est promissio.*

Affert hîc glossam Beza non minus stilentem & impiam quàm absurdam & ineptam: *Si y demum sunt heredes qui legem implerint; siue si ad hoc, vt aliquis censetur hereditatem Abraham, requiratur legis impletio inanis est fides ac promissio, id est, frustra promissioni creditur, & frustra fit promissio.* Nam tantum abest vt hanc conditionem aliquis prestare possit, contra (sicut antè primis tribus capitibus peritæ regis est demonstratum) lex nihil aliud quam peccata hominum coarguat, ipsorum quidem vitia, non legis. Hæc tota speculatio Bezana ex eo principio oritur, quòd per legem hîc à Paulogis obedientiam semper intelligi velit, quod in præcedentibus euidenter refutatum habemus. Sanè Abraham ex legis obedientia heredem fuisse, & quia *obediuit voci Domini benedictionem & hereditatem consequutus esse,* Dei ad illum verba Gen. 22. quæ supra produximus, luculenter ostendunt. Non est ergo inanis fides, aut abolita promissio.

Ex legis
obedien-
tia Abra-
ham her-
es factus

Abrahæ facta, si ex obedientia mandatorum Abraham haeres fuit, (propter hanc enim heres fuit non secus quam propter fidem) sed inanis est fides & abolita promissio Abrahæ facta, si vel soli legis Moysaicæ cultores, vel soli factores legis absque fide & gratia Christi (hunc enim duplicem sensum Patres afferunt) promissionem Abrahæ factam consequerentur. Et ut in priori sententia per legem non obedientiam legis, sed externam doctrinam & terrorē legis intellexit, quemadmodum in sequenti sententia (ut iam explicatum est) manifestè docuit; sic in hac media inter utramque sententia eodem modo legē intellexisse dubitari non debet.

Deniq; agnoscit Beza in proximo versu, Caluius & Beza seipfos refutant. ubi Paulus ait, *Non ei qui ex lege solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, nomine legis intelligi, circumcisesse, & legi Moysis imitari.* Sic & Caluius: *Significat hic simpliciter gentem Iudæam, cui lex Domini tradita fuerat.* Cur igitur in proximè præcedētib; versiculis aliter Paulum uterq; intelligit? maximè quum fateatur & scribat Beza, *in his verbis conclusionem præcedentium esse à versu 13. ad hunc vsque locum?* Caluius quoque *absolutionē argumenti Apostolici* hæc verba vocet? Seipfos sanè suasq; præcedentes impias glossas confutauit uterque egregiè. Si enim hæc verba versu 16. posita, cōclusio sunt præcedentium à versu 13. ad hunc vsque locum, id est, trium proximè

Q 4

præce-

præcedentium versuum quos iam tractamus; quomodo fieri potest, ut in tribus præcedentibus versibus 13. 14. & 15. legem acceperit Paulus pro legis impletione & obedientia hic verò ver. 16. in ipsa concisione, legem acceperit pro legis professione externa, pro concisione, & esse initiatum legi Moysæ? Quid? si ille rectè Paulum exponit, qui conclusionem eius à præmissis & antecedentibus plane diversam & contrariam constituit? Quomodo concludit nunc Paulus antecedentem disputationem de professione legis Moysæ, in tota antecedenti disputatione, non de singulari professione, sed de tota in vniuersum legis obedientia disputauit? An sophisticam, planeque ineptissimum sophisticam, facient Paulum Calvinus & Beza, ut quomodo hæc de cane domestico disputauerit, nunc de cane qui sydus est eum concludere affirmant? Non enim secus canis sydus cælestis, à cane animalis viuente differt, quam externa professio legis Moysæ à vera legis obedientia discrepat. Professio legis Moysæ, & ex lege esse, Iudæum esse, circumcissum esse, quasi signum tantum erat & signaculum iustitiæ, non vera aliqua iustitia: sed obedientia legis & mādatorum Dei ex fide adeo vera iustitia est & iustitia fidei, ut huic non secus quam fidei hæreditatis promissio ipsi Abraham facta fuerit, nobisque fiat sequentibus vestigia patris nostri Abraham, non quoad fidem

tantum, sed & quoad opera eius, vt supra ex
 diuinis Scripturis ostensum est. Totam hæc
 Apostoli disputationem latiùs à nobis ex-
 plicatam vide in Opere de Iustificatione lib.
 8. cap. 16.

Premit paulò aliter multo que fortiùs hæc
 verba Calvinus, cui veritatis fortiùs asseren-
 dx causa respondebo. *Ab impossibili (inquit)*
vel absurdo arguit, non promissam fuisse Abrahæ
quam à Deo gratiam obtinuit, ex pacto legali, vel
operum intuitu, quia si interpõsita esset hæc con-
ditio, Deum eos solos dignari adoptione qui me-
rentur, vel qui legem præstant, nemo considere
auderet ad se pertinere. Bis hîc corrumpit Apo-
stolum, semel in verbo legis, quasi illa obe-
dienciam legis significaret; quod iam refu-
tatum dedimus circa glossam Bezæ, qui Cal-
uini vestigijs insistens in eundem lapidem im-
pegit. Secundò in verbo fidei, Paulum cor-
rumpit, quasi illa confidentiam & fiduciam
notaret, quum planum sit Apostolum de fi-
de hîc loqui quatenus legi opponitur, & de
qua hætenus disputauit, & quam in Abrahâ
hætenus commendauit. Dixerat Apostolus
fidem reputatam esse abrahæ in iustitiam, non in cir-
cumcisione, sed in præputio, vt postea circumcisis,
per signaculum iustitiæ fidei quod acceperat,
pater esset omnium credentium, tam in circun-
cisione quam in præputio. Hoc ipsum iterum
volens probare, ait promissionem illi factam quod
esset heres mundi, non per legem fuisse, id est,

Caluini
 proptia
 hoc loco
 corrupte-

Fides hîc
 apud Pan-
 lum non
 significat
 fiduciam.

Qs non

non propter professionem legis Moysaicae
 quoad ceremonialia, aut etiam naturalis
 que fide, sed per iustitiã fidei. Vtroque in
 eo fides ac iustitia fidei legi Moysaicae
 naturali sine gratia Christi opponitur. Non
 ipse Calvinus in præcedentibus hætenus
 tentijs fidem pro confidentia aut certitudi-
 ne gratiæ accepit, sed pro fide promissioni-
 tameri (vt iam ostēdimus) absurdè & im-
 Nunc autem quum in his verbis prioris
 sententiæ confirmationem ponat Apostolus
 de lege, de fide, de promissione; necesse
 vt eo in sensu loquatur, quo hætenus loqu-
 tus est. Ait igitur pro maiori confirmatione
 ac robore eorum quæ dixerat: *Si enim in qua
 lege hæredes sunt*, id est, illi qui solam legem
 profitentur & agnoscunt, hæreditatis Abrahæ
 promissæ participes sunt, *exinanita est fides*
 est, vana fuit fides Abrahæ & iustitia fidei
 in illo, nec opus fuit fide aut fidei iustitia,
 tamen in Abraham Scriptura singulariter
 commendat: abolita quoque esset promissio
 quæ videlicet illi propter iustitiam fidei facta
 est. Planum est igitur & perspicuum, de fide
 hinc loqui Apostolum, sicut prius locutus
 erat, & de ea fide fideique iustitia quam
 hætenus in Abraham commendauit. Hæc au-
 tem nihil minus fuit quàm fiducia Calu-
 niana, aut certitudo gratiæ quam hinc affir-
 mat, vt in locis præcedentibus accuratè
 monstrauius.

Nunc

Nunc Calvinus pro fidei iustitia, quæ est
fides per dilectionem operans, in Abrahamo ma- Gal. 5.
 ximè elucens, confidentiam sine vlla legis
 obseruatione supponit: atque ita suam tex-
 tus Apostolici deprauationem prosequitur:
Quis enim tanta sibi perfectionis est conscius, ut sibi
hereditatem ex legis iustitia debere statuatur? Sanè
 nemo, nisi Iudæus, legis iustitiam sine fide
 mediatoris venditans. Sequitur: *Exinanita*
ergo fides esset, quia impossibilis conditio non modò
suspensas & anxias teneret animas, sed trepidatione
quoque incuteret. Sine fide & gratia Christi
 legis iustitia impossibilis conditio est. Sed
 qui gratiam Christi accepit, potuit dicere,
Omnia possum in eo qui me confortat. Sequitur: Philip. 4.
Ita euanesceret promissionum effectus, quia nihil
 profunt nisi fide accepta. Ex sola legis iustitia sine
 fide & gratia Christi euanescerent sanè pro- Promissio-
 misionum effectus, quia nihil profunt sine fide nes sine
 accepte, sed fide per charitatè operatè; neq; fide quo
 enim fide tantum accepte, id est, creditæ pro- modo nõ
 desse possunt, quia promissiones salutis con- profunt.
 ditionales sunt (*Si spiritu facta carnis mortifi-* Rom. 8.
caueritis, viuetis) Quare conditionibus illis
 fidei beneficio adimpletis, quatenus fides
 orando impetrat id quod lex iubendo im-
 perat, per fidem acceptæ profunt. Sequitur
 in Caluino: *Quod si ad hanc viam rationem au-*
ferent, andam aduersarijs nostris aures essent, non ma-
gno negotio dirimeretur quod inter nos est certamen.
 Sanè si ad manifestissimam Scripturæ Apo-
 stolicæ

stolicæ deprauationē à Caluino hīc factam
auscultandam aures nobis essent, non est
ampliū pro fide orthodoxa deerrandum
sed hīc Caluino, alibi alijs hæreticis singu-
larē diuinæ Scripturæ verba pro libito per-
tendi sine vlla contradictione plena potest
daretur. Nos autem non ad corruptiones
Caluinianas auscultandas aures habemus
sed Dei singulari beneficio ad illas resuta-
das vires accepimus.

Pergit adhuc Caluinus: pergamus & c.
Presumit Apostolus pro re indubia, nequaquam
promissionibus constare suam efficaciam, nisi
animi fiducia eas recipimus. Presumit Calui-
nus sensum Apostolo pro indubio affingere,
quo Apostolus hoc loco ne per somnium
dem cogitauit, nisi aliter cogitasse præsum-
tur quàm scripsit. De promissione Abra-
hæ facta, non de omnibus Dei promissionibus
& de fide seu fidei iustitia quæ Abrahæ facta
non de certa aliqua fiducia, loquitur
Apostolus.

Sequitur: *Quid autem futurū est, si legis ob-*
seruatione fundetur hominum salus? Id futurum est
quod Christus dixit: Si vis ad vitam ingredi
serua mandata. Item quod Apostolus paulo
antè dixerat: Non auditores legis iusti sunt apud
Deum, sed factores legis iustificabuntur. Denique
nec obseruationem legis opponit hīc Apo-
stolus fidei, nec fidei nomine fiduciam Calui-
nianam intelligit.

Legis ob-
seruatio
ad futurū
necessaria
Matt. 19
Rom. 2.

Sequitur

Sequitur: *Conscientia nihil habebunt certitudinis, sed perpetua inquietudine vexata tandem desperationi succumbent. Qui ex fide legem obseruat, illam habebit certitudinem quam habuit ipse Paulus quum diceret: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui: reposita est mihi corona iustitiae, &c. Et iterum: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis & in sinceritate Dei, &c. conuersati sumus in hoc mundo. Quam etiam sanctus ille Ioannes docuit: Si cor nostrum uos non reprehenderit, fiduciam habemus apud Deum. Impiorum sane haereticorum conscientiae, qui latam uiam ambulare desiderant, nec putant necessarium esse ut contendant intrare per angustam portam, ad omnem obseruationis mandatorum Dei strepitum exhorrescunt, nec animo quieto esse possunt, nisi sola fiducia & certitudine beneuolentiae diuinae absque ulla boni operis necessitate fruantur, nihil mirum si inquietudine vexata tandem desperationi succumbant; quali desperatione Caluinum ipsum oppressum ex hac uita decessisse affirmant illi qui morienti affuerunt.*

Necessitas seruandae legis non facit conscientiae inquietas. 2. Tim. 4.

2. Cor. 1.

1. Ioan. 4.

Matt. 7. Conscientia haereticorum.

Ioan. Har. Hieron. Bolseo.

Legis obseruatio non est impossibilis.

Matt. 22. Rom. 8.

mus,

mus, quod qui non facit, moritur, & promissionis beneficio caret; impossibile esse peccata carnis deuitet, *qualia qui agunt, non possidebunt*; impossibile esse debito-ribus nostris, quum non aliter tamen dimittat nobis Deus debita nostra. Bonus Christianus Calvinus, qui hæc omnia promissionis diuinæ complementa impossibilia statuit, & Christum redemptorem, et Apostolos iniquissimos & mendaces exar-tes facit. Sequitur in Caluino: *Eant nunc miseram plebem docent bonis operibus sibi saluam comparare, quum Paulus disertè pronuntiet, abolitam esse promissionem si in opera recumbat.* Ergo Christus, ergo Paulus ipse abire in malam rem Caluino iubentur, qui in verbis luculentis iam citatis efficacissimè docent, omnes qui salui esse volunt, bonis operibus, mandatorum obseruatione, dilectione Dei & proximi, mortificatione operum carnis, iniquitatum offensarum ignoscentia, salutem sibi comparare. Abire quoque iubetur tota ferè Evangelica & Apostolica doctrina, quæ bonis operibus salutem esse comparandam locum innumeris, peneque (exceptis paucis in his epistola & in altera ad Galatas capitulis) nihil aliud docet. Absit autem Paulum aut Christum aut sibi aut tot alijs innumeris diuinæ Scripturæ documentis contraria docere. Abolitam esse promissionem hereditariam Abrahæ factam dicit Paulus, si eius hereditas

Calvinus
bona ope-
ra facisse
re iuber.

reditati
erant, id
rant, qu
ex lege
quum h
operib
no: Sed
nihilum
dicit?
ba: In C
operatur
tur, in C
des, si o
tur, sed
prorsus
let in C
apertis
est. Si si
fulciri
necessa
li textu
contrar
Nun
suo, su
Nam &
qualem
consider
ex Calu
Caluin
la tanc
in Dei b
reditati

reditatis illi soli participes essent qui ex lege erant, id est, qui aut legem scriptam acceperant, quam Abraham numquam accepit, aut ex lege naturæ sola sine fide Deum colerent, quum Abraham iustitia ex fide esset, non ex operibus sine fide. Sequitur adhuc in Caluino: *Sed apprimè cognitu necessariū est illud, fidem in nihilum redigi, si operibus fulciatur.* Sed quis hoc dicit? An Paulus? cuius alibi hæc sunt verba: *In Christo Iesu valet fides qua per dilectionem*

operatur. Si fides quæ per dilectionem operatur, in Christo ad salutem valet, certè non fides, si operibus fulciatur, in nihilum redigitur, sed contrà, nisi operibus fulciatur fides, prorsus in nihilum redigitur. Non enim valet in Christo, nisi operetur. Vnde & Iacobus

apertis verbis dixit: *Fides sine operibus mortua est.* Si sine illis mortua est; sanè, vt viuat, illis fulciri debet. Hoc igitur apprimè cognitu necessarium est, impium Calvinum sic Pauli textum deprauare, vt eum sibi ex diametro contrarium docere compellat.

Nun hoc suo, non Pauli, axiomate posito, suum, non Pauli, colligit corollarium. Nam & inde (inquit) *discimus quid sit fides, & qualem oporteat esse operum iustitiam, cui secure considerare possint homines.* Inde discimus, id est, ex Caluini corruptela discimus, quid sit fides Caluiniana, non Christiana. Et quænam illa tandem est? *Perire fidem docet Apostolus, nisi in Dei bonitate secure acquiescit anima.* Relegatur

Gal. 5.

Fides in nihilum redigitur nisi operibus fulciatur.

Iac. 2.

tur totus Apostoli textus. Nusquam hoc dicit, nusquam hoc docet. De animæ libertate, de Dei bonitate, nihil penitus dicit. quomodo docet quod non dicit? Sed hæc hæreticorum execranda impietas. Ad Scripturas appellant. Eas quæ in manus accurrunt, vertunt, inuertunt, conuertunt, peruertunt, ut volunt. Mox adorant, operantur, numerum suarum. Commenta sua, inuentiones ac peruersos sensus suos, pro diuinis verbis obtrudunt. Christum dicere, Apostolum docere, Scripturam loqui affirmant, quod ipsimet ex malè sano cerebro sensu affixerunt. Sic hoc loco Calvinus, mox concludit: *Non est ergo fides aut Diuinitatis eius nuda cognitio* (quod illi libenter concedimus) *ac ne simplex quidem persuasio* (quod illi non fit, quod verbum eius sit veritas (hoc illi negamus, si persuasionis nomine firmum assertum intelligat) *sed diuina misericordia certè non in Evangelio concepta, qua pacem apud Deum quicum conciliet. Hæc fidei Calvinianæ definitio, quam alibi refutatam & iugulatam inuenimus. Hæc definitio non ex verbis Apostoli quæ iam tractat, sed ex corruptis sensu cerebro suo homo singulariter vanus et impius (aliter quippe Lutherani & alij hæreticarij eam definiunt) deprompta est. Sic ille hunc locum, quasi ex culeis subiectum, serum detorsit & dilaniauit in modum, ut euti ex præcedentibus textibus solam*

Hæreticorum hodie execranda impietas.

De Iustificat. lib. 8. cap. 24.

iustificantiem, imputatiuam iustitiam, & solam remissionem peccatorum, stabilire & firmare omni studio & contentione nisus est, sic ex hoc loco certitudinem gratiæ alteram solius fidei prolem, alterum huius ætatis portentum, fabricaret ac roboraret. Visa est enim diuinissima hæc Apostoli ad Romanos epistola nostræ ætatis hæreticis ad varia sua noua idola ac portenta opinionum fabricanda, instrumenta & arma fortissima suppeditare. Quod non nisi cum perspicua Apostolici textus deprauatione aggressos illos fuisse, Calvinus ac Beza, cæterorum omnium principes, hætenus indicarunt, & in sequentibus adhuc indicabunt magis: si vota nostra secundet Deus, detque perficere quod dedit velle.

16. *Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini.*

ADmodum peruersè hæretici hodie hæc verba exponunt. Ideo ex fide (inquiunt) consequimur hæreditatem, fide scilicet speciali apprehendente promissiones, & certò statuente hæreditatem sibi promissam suam fore, quia non potest esse firma talis promissio gratuita in conscientijs fidelium, nisi ex fide esset, & non ex lege, id est, non ex vlla obligatione seruandæ legis, aut conditione legis obseruatæ. Talis enim conditio vel obligatio redderet illam nobis prorsus incertissimam

Chemnitius & alij.

R. tiffimam

rissimam, cum nemo legem seruet totam
 perfecte sicut oportet. Hæc illi. Sed perti-
 nent totum Apostoli sensum, qui talis est.
 Ideo ex fide pender promissio benedictio-
 nis in Christo, & non ex lege, ut sit firma to-
 ni semini, id est, ut sit generalis, & ad om-
 nium gentium electos se extendat, ut
 ut conscientijs singulorum sit firma, de qua
 re nihil hinc Apostolus disputat. Ideo heretici
 hunc locum citantes, illa vltima verba
 (*omni semini*) ut plurimum omittunt. Et
 sane parum firma promissio de redemptione
 gratuita per Christum, si à conditione adimplen-
 dæ prius legis, aut operum præcedentium
 merito penderet. Sed hoc nemo Catholicus
 dicit, etsi à quadam necessaria in adultis
 positione, cuius vna pars fides est, eam de-
 dere certissimè credit. Catholica Ecclesia
 Calvinus hinc fidem pro certitudine grati-
 accipiens, sicuti in præcedentibus, *Vide* *in*
ut *Apostolus fidem ex firma stabilitq; certitudine*
mans, hesitantiam ac dubitationem pro incre-
tate ducat, qua & fides aboleatur, & abrogatur
missio. Atqui Apostolus promissionis di-
 firmitatem docere volens, respectu lau-
 dinis eius, non ut à singulis certa fiducia
 apprehendatur, sed ut à Deo secundum ip-
 gratiam ac propositum in vniuersum om-
 nibus electis conferatur, docet illam non
 buisse *ex lege esse*, ne sic ad solos Iudæos
 pertineret, *sed ex fide*; quia ad fidem om-
 nium
 nationes
 brahæ p
 dum fuit
 lam, om
 25. In
 rex
 D
 ne
 nec ex fi
 catorum
 sed ex ip
 que in
 Christus
 peccato
 cum ad
 illo resur
 6. capite
 nouitat
 partim
 partim
 6. cap. c
 hic affir
 stolis:
 iustific
 significa
 ex morte
 nuscem
 Et paul
 quomo
 nobis g

Promissio
 heredita-
 tis cur ex
 fide, non
 ex lege.

nationes vocandæ erant, & omne semen Abrahamæ per imitationem fidei Abrahamæ censendum fuit. Quare & Calvinus particulam illam, *omni semini*, penitus hoc loco neglexit.

25. *Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.*

Docet luculenter hic locus, iustificationem nostram, ex ipsius Pauli sententia, nec ex sola fide, nec ex sola remissione peccatorum quam fides apprehendit, consistere; sed ex ipsa vitæ nouitate, bonisque operibus quæ in Christo regenerati præstare debent. *Christus traditus est propter delicta nostra, ut nos peccato moriamur, deposito veteri homine cum actibus suis. Resurrexit autem ut nos cum illo resurgamus in nouitate vitæ, quod postea in 6. capite latè Apostolus prosequitur. Hanc nouitatem vitæ, quam Christi resurrectio* partim significat, partim etiã efficit, cuiusq; partim significatio & documentum (ut in 6. cap. docet) partim causa efficiens est, ut hic affirmat, *Iustificationem nostram* vocat Apostolus: quia videlicet ex hac nouitate vitæ iustificamur & iusti sumus coram Deo. De significatione dicit S. Augustinus: *Nostram ex morte veteri, qua in peccato mortui fueramus, renouatam vitam noua sua resurrectione signauit.* Et paulò post pulchre ex Scripturis docet, quomodo, quæ à Christo gesta sunt, varia in nobis gerenda significabant: *Quicquid* (inquit)

Iustificatio ex bonis operibus.

Resurrectio Christi nostram iustificationem significauit.

In Enchirid. c. 41.

Cap. 53.

R 2 *gestum*

gestum est, in cruce Christi, in sepultura, in re-
 rectione tertia die, in ascensione in celum, & sedere
 dexteram Patris, ita gestum est, ut his rebu-
 tantum mystice dictis sed etiam gestis figurata
 vita Christiana qua hic geritur. Nam propter

Gal. 5. Crucem dictum est, Qui Iesu Christi sunt, car-
 suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs
 Propter sepulturam, Consepulti sumus cum Chri-
 per baptismum in mortem. Propter resurrectionem

Rom. 6. Ut quemadmodum Christus resurrexit à morte
 per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite
 bulemus. Propter ascensionem, sedemq; ad dexteram

Coloss. 3. Patris, Si consurrexistis cum Christo, qua sunt
 sunt quarite, ubi Christus est ad dexteram Do-
 tris: qua sursum sunt sapite, non que sunt super-
 ram. Hæc Augustinus de significatione, non
 imaginaria aliqua, quæ id significet quod
 conceptu sit, non in re, sed vera ac solida

Cap. 52. Vnde in præcedenti cap. dixit: Quemad-
 dum in Christo vera mors facta est, sic in nobis
 ra remissio peccatorum; & quemadmodum in
 vera resurrectio, ita in nobis vera iustificatio. Hæc
 iterum Augustinus. Hoc autem in loco
 cet Apostolus, quod sicut propter delicta
 mortuus est Christus, finisque & effectus mor-
 eius fuit remissio delictorum nobis pro-
 randa; sic propter iustificationem nostram res-
 rexit, finisque & effectus resurrectionis Do-
 minicæ erat nostra iustificatio.

Non est quidem dubitandum quin
 Christi tam internæ novitatis & regenera-

tionis nostræ per modum meriti, quàm remissionis peccatorum per modum precij causa efficiens fuerit, quia mortuus est propter delicta nostra, non solum pro eorum pœnis satisfaciendo, ut fieret præteritorum remissio, sed etiam diuini Spiritus gratiam pro nobis promerendo, quæ & peccata extingueret atque depelleret, & nouam in nobis iustitiam operaretur. Cæterum quia hæc diuini Spiritus gratia non propter solam mortem Christi, sed etiam propter ipsam resurrectionem Domini (ut hic Paulus loquitur) vel saltem non nisi post illa, conferenda nobis erat; unde D. Ioannes de hac gratia dixit, *Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus; propterea ipsi quoque resurrectioni Dominicæ tanquam effectus causæ, ac finis medio, vitæ nouitas (quæ est resurrectio nobis congrua, ait Augustin⁹) attribuitur. Vnde & iterum alibi Paulus: Si Christus non resurrexit, inanis est fides vestra, & adhuc estis in peccatis vestris. Duo igitur nos hic locus docet: resurrectionis Dominicæ finem ac scopum fuisse nostram totius vitæ nouitatem (quod in 6. capite docebit latius) & hanc vitæ nouitatem, esse iustificationem nostram, id est; nos ex hac vitæ nouitate, sanctitate, puritate, ex fuga peccati, mandatorum obseruatione, bonis in fide operibus, verè iustificari, verè iustos coram Deo reputari*

Resurrectio Christi quomodo causa iustificationis nostræ. Ioan. 7.

De Spir. & lit. c. 29. 1. Cor. 15.

Quid nunc ad hæc tam luculenta verba

R 3 Calui-

Calvini
lucta cō-
tra Paulū

Calvinus? In omnem se partem vertit, ver-
tatis Evangelicæ iuratus hostis, vt tam len-
tentum iustificationis nostræ testimonium
eludat. Non possum (inquit) illis assentiri, &
secundum hoc membrū ad vitæ nouitatem referri.

Rom. 6.4

verba sint, Vt quomodo Christus surrexit a mortuis
per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ

Exceptio
friuola.

bulgarus? Nam (inquit) Calvinus de ea nouitate
causam agere Apostolus. Atqui vt pleniùs probet
de ea agat, hîc viam sternit, & ab illa

illa disputatione de fidei iustificantis neces-
sitate, ad alterâ iustificationis nostræ partem
de vitæ nouitate, sanctitate, ac iustitia, se-
rat. Quam idcirco statim in proximo capite
aggreditur, de effectibus gratiæ Christi
putans, sed de hac vitæ nouitate, quâ Christus
resurrectio tum significâdo docuit, tum
cicâdo attulit, in altero mox capite pleniùs
dissert. Deinde, vt de ea nec hîc nec postea
quicquam amplius ageret Apostolus, etiam
tamen ignorat, diuinas Scripturas, per
principale argumentū quod tractat, non
obiter dicere atque asserere, prout Spiritus
Sanctus dedit eloqui illis? Friuola igitur
negatoria hæc exceptio est.

Calvinus
assumit,
non pro-
bat.

Addit aliam: Deinde, certum est eodem modo
neque verumque membrum. At vnde autem
hoc certum est? more suo assumit semper
quod probandum erat. An non vere certum
est? Sicut distinctum est?

fuerunt mors & resurrectio Christi; sic di-
 stinctos effectus tribuit hoc loco Paulus,
 & utrumque ad duo distincta refert. Vide-
 mus tamen quid ex eo quod assumit infert
 Calvinus. Proinde (inquit) si iustificatio renoua-
 tionem significet, propter peccata fuisse mortuum, eo
 sensu dictum esset, ut nobis mortificandæ carnis gra-
 tiam acquireret, quod nemo concedit. Vide impo-
 storis nequitiam pariter & astutiam. Quod
 nemo concedit, ait. Nempe quia ille cum suis
 sodalibus ac novis nostri temporis sectarijs
 concedere hoc non vult, ait, Nemo concedit.
 Astuta serpentina hæc fuit. Sequitur nequi-
 tia. Nam Christum propter peccata nostra
 eo sensu mortuum esse, ut non solum pec-
 catorum remissionem, sed & præterea mor-
 tificandæ carnis gratiam omnibus in eum
 credentibus impetraret, omnes illæ Scrip-
 turæ disertissime testantur, quæ docent re-
 demptionem per Christum factam non so-
 lum fuisse à reatu & pœna peccatis debita,
 sublatis inimicitijs inter nos & Deum, & sublato
 obographo decreti quod contra nos erat, sed etiã
 ab ipso peccato ac servitute eius, ut non am-
 pliùs servi peccati essemus, sed liberi iustitiæ. Hoc
 in seq. cap. docebit Paulus, sed in epist. ad
 Titum clarissimis verbis hoc docuit dicens:
 Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab
 omni iniquitate (quod quia adhuc de sola re-
 missione peccati intelligi potest, addit:) &
 mundalet sibi populum acceptabilem, sectatorem bo-

R 4 norum

Calvini
impostura
aperitur.

Christi
mors
mortifi-
cationis
gratiã æ-
quisit.

Ephesiz. 2.
Coloss. 2.
Rom. 6. 17.

Tit. 2.

norum operum. Effectus ergo passionis Domini
 nica, qua dedit semetipsum propter delicta
 nostra, est mundare sibi populum sectatorem
 rum operum. Non autem aliter populus
 mundatur ad sectanda bona opera, quam
 per mortificationem carnis gratiam, ut Spiritus
 facta carnis mortificentur, & ut ambulet secundum
 Spiritum, non secundum carnem. Quicumque
 ergo Scripturis divinis fidem habet, con-
 dere omnino debet, *tradi Christum propter
 delicta nostra*, etiam hunc sensum habere, *ut mor-
 tificanda carnis gratiam nobis acquireret*. Quan-
 taverit utrumque membrum eodem per-
 neat, iustificatio nihilominus, propter quam
 Christus resurrexit, renovationem signifi-
 cabit, propter quam procurandam Christus
 morti traditus est. Tam enim mors quam
 resurrectio Christi, & mors eius magis pro-
 prie (ut nuper diximus) utrumque pro-
 rabadit.

Friolis ergo Calvini exceptionibus de-
 pulsis, videamus quem ille his verbis sensum
 affingat. Ergo (inquit) quemadmodum mortem
 dicit propter peccata, quia soluta in mortem peccato-
 rum pena nos a mortis calamitate liberavit; ita
 dicitur suscitatus ad nostram iustificationem, quia
 suam resurrectione vitam nobis solide instruit.
 Quid hic mortem Calvinus dicat, quid vi-
 tam, sequentia eius verba elucidant: Primum
 enim manu Dei percussus est, ut in persona peccato-
 rum peccati miseria desungeretur: deinde in vitam
 restitutus.

Calvini
 expositio
 propria
 absurdif.
 fima. mo.

num exaltatus est, ut iustitia ac vita suos donaret. De iustificatione ergo imputativa adhuc loquitur. atque hoc ipsum confirmabit quod statim sequetur proximo capite. Hæc ille. Ergo mortis nomine damnationem intelligit; vitæ verò, iustitiam Christi nobis imputatam. Sed nec vitæ nomine apud Paulum aut alibi in Scripturis imputativa iustitia unquã vocatur; nec aliquid vitale est talis iustitia, sed nuda denominatio, eaque inanis; nec iustificatione propter quã Christum resurrexisset Paulus hic dicit, probavit Calvinus ita debere accipi; nam quæ ad probandum attulit, futilia fuisse ostendimus. Sed super hæc omnia tam crassa & aperte mædax hæc interpretatio Calviniana est, ut ipsimet Paulo aperto ore contradicat.

Calvini expositio Paulo contradicit.

Paulus enim, ut supra attulimus, infra dicit: *Vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* Ostendit vitam resurrectione Christi nobis instauratam, non esse aliquam ipsius iustitiam nobis imputatam, sed esse novitatem vitæ in nobis, & quam nos ambulando in ea exercemus, quã illa resurrectio partim significat & docet, partim effecit & procuravit.

Resurrectio Christi iustitia nostra imputativa esse non potest.

Præterea, quum resurrectio Christi à mortuis nullus fuerit iustitiæ actus, sed gloriæ ipsius demonstratio, illa nobis ad iustitiam imputari non nisi stultissime dicitur. Si enim Christi iustitia nobis ad complementum iustitiæ esset imputanda, necessario ipsius iustitiæ

R 5 iustitiæ

stitix in Christo aut actus aut habitus in
 ligi debet. Propterea quum de iustitia
 imputatiua fabulantur heretici, de Chi
 morte ac passione inprimis, tum de con
 gis complemento per Christum pro
 praestito fabulari solent. Atqui resurrectio
 Christi quam, quæso, legis partem imple
 cuius mandati, executio erat loco nobis
 praestita? aut quis iustitiæ actus nobis im
 putandus? Quid hîc narrat Calvinus? Ius
 ficatio nostra, propter quam Christus resurre
 xit, est iustitia imputatiua, & nobis im
 tatiue donata, ad vitæ nostræ compleme
 tum, eamque solide in nobis instauranda.
 Ergo sicut in reliqua Christi iustitia im
 tatiua nos legem implere, Deo pro peccatis
 satisfacere, obedientiam, quam lex flagit
 perficere non possumus nec tenemur, quæ
 Christi obedientia, satisfactio, totaque
 iustitia cumulatissimè ab eo praestita nobis
 imputatur; eodem modo nec nos resurre
 à mortuis poterimus, vt cum Christo resurre
 nemus, quia eius resurrectio nobis imputatur,
 eius resurrectio vitam nostram solo
 instaurat, non aliquid nobis conferendo
 suam nouam gloriæ vitam nobis imputando.
 Huc tendit, in hoc resoluitur præclara Cal
 uini hoc in loco interpretatio. Sed hæc
 cæcitate meritò percutiuntur, qui ad fulge
 rem in diuinis Scripturis veritatem, luce
 meridiana clariorem, vltro oculos claudunt.

tes, in tenebris palpant; sui que cerebri commenta prosequentes, in maximas absurditatu foueas caeci cadunt. Propter quam enim iustificationem nostram Christus resurrexit, alia ipsius Pauli verba à nobis prolata luculentissimè docuerunt. An autem iusticiam imputatiuam proximo capere Paulus confirmet, in eo videbimus. Sanè proximi capituli disputatione iusticiam imputatiuam efficacissimè iugulari, donante Deo ostendemus.

Ceterum hac Caluini disputatione & presentis textus de prauatione lecta, quis vnquam existimaret, ipsummet postea Caluinum prorsus sibi contraria docere? Hoc in loco, vt quod Paulus dixit, *Resurrexit propter iustificationem nostram*, ad vitæ nouitatem nullo modo pertinere ostenderet, ait primùm, vt *runque membrum, traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram*, eodem pertinere, moxque infert, *Proinde si iustificatio (in posteriori membro) renouationem significet, propter peccata fuisse mortuum (in priori membro) eo sensu dictum esset, vt nobis mortificanda carnis gratiam acquireret, quod nemo concedit, id est, quod tanquam absurdissimè dictum reijciendum censet.* Hæc in hoc loco Caluinus. At verò idem Caluinus infra ad cap. 6. huius epistolæ ad Rom. ad vers. 4. tractans illa verba Apostoli, *Consepulsi sumus ei per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis*
per

Caluinus
sibi ex di-
ametro
cõtrarius.

per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uita
 bulemus, hunc in modum scribit: Hæc est
 loci doctrina, quod mors Christi efficax est ad
 quiritiam carnis nostra extinguendâ ac profigandam
 resurrectio uero ad suscitandam melioris natura
 uitatem. Videat nunc Lector an non differ
 simè illud ipsemet concedit, de quo an
 dixit, Nemo concedit. Hic dicit mortem Ch
 sti efficacem esse ad nequitiam carnis nostra exting
 uendam & profigandam. Ibi negauit quod eadem
 Christi mors mortificanda carnis gratiam con
 ferret. Imò plus hinc dicit, quam ibi negauit.
 Plus enim est, efficacem esse mortem Ch
 sti, quam gratiam acquirere: plus etiam est
 carnis nequitiam extinguere & profigare, quam
 carnem mortificare. Rursum, quum hoc
 eo resurrectionem Christi uitam nobis
 statuere doceat, iustitia imputatiua suadet
 nando, in uerbis iam ex cap. 6. citatis
 mat resurrectionem Domini efficacem esse
 ad suscitandam melioris nature nouitatem.
 Et iterum uerbis clarissimis idem repe
 ritur. Hæc duo (inquit) inter se indiuiduo nexu con
 nectuntur, ut scilicet mors Christi morte aboleat, ut
 resurrectio iustitiam instauret, nosque efficiat nouas
 uitas. An non iterum quod hic de Christi
 resurrectione disertè negauit, in alio loco
 profus confitetur, adeoque Christi resurrex
 ctionem renouationis nostre causam effica
 cem statuit? Aut enim, nosque efficiat nouas
 uitas.

Quo teneant vultus mutantem Protea nodo?

Aur cui alsimilabo impostorem hunc? Audi de ariolo quodam apud nostros, qui quum in nobili quadam familia ariolandi & de fururis diuinandi artem sibi vendicaret, & rogatus à quodam ex domesticis aliquò profecturo, serenane illa dies futura esset an non, vt pallium secum aut deferret aut non deferret, ei respondisset pluuiam haud dubie eo die casuram, ideoque consultum fore vt omnino pallio se muniat; altero verò idem interrogante, contrarium respondisset, tempus planè serenum, nec pallio opus fore; vtroque hominis consilium sequuto, quum posterior bene complutus domum rediens, cum ariolo expostularer, deceptum se ab illo nequiter fuisse; respondit ei nebulo: Male me intellexisti: planè contrarium tibi dixeram; cuius rei fidem mihi faciet sodalis tuus, quem disertè monui tempus fore pluuiosum. Quo id attestante, suam adhuc in familia fidem & existimationem ariolus tutatus est, altero illo bene compluto ab omnibus deriso. Eundem hinc ludum impostor iste Calvinus ludit. Ad diuersos Apostoli textus de eadem re quasi interrogatus, diuersa respondet. Rogatus cap. 4. an illud Apostoli verbum, *Resurrexit propter nostram*, de nouitate vitæ, quam Christi resurrectio aut docet aut efficit, intelligen-

Calvinus
ariolo im-
postori cō-
paratus.

telligendum sit, negat proflus, & plura
 minatur, vt illic operosè respondere & ex
 pallio defensionis veritatem munire nec
 nobis fuerit. Rogatus cap. 6. an illa Ap
 verba, *Vt quemadmodum Christus surrexit a
 tuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus,*
 ceant quòd per Christi resurrectionem
 instauretur, & nouæ creaturæ credentes
 ciantur, affirmat rotundè, & omnia
 pronunciat, vt priorem suam communi
 nem & veritatis negationem non nisi
 iam fuisse appareat. Sic impostor ille
 apud suos fidem & auctoritatem tuetur,
 si à nobis vrgeatur veram & orthodoxam
 sententiam ad Rom. 6. tradidisse, respon
 quòd eum non intelligimus, quia ad Rom.
 proflus contrarium docuerat. Cæterum
 se res haber. Hic ad Rom. 4. verba
 clara & aperta voluit (quantum in ipso
 eludere, & quàm diu aliquo fucò se
 potuit, reluctari. Sed ad Rom. 6. verba
 xtus clarissima ad ipsam veritatem plene
 pronunciamdam eum vel inuitum adegerat
 quod eo in loco iterum annotabimus.

P
 Adam
 Adam
 nobis à
 Porro
 enume
 censent
 seuerat
 1. In
 Deo
 A
 manda
 fide iul
 de cert
 legere
 ca exen
 Cio he
 sequitur
 verbis
 assertio
 quàm
 Deo si
 conseq